



Fash 203, 459

Coll 100

Handwritten text on the left margin, possibly a name or title, written vertically.

Edca

2dlr

120 - 3 11

Praz. 333


(Brunner)

LN 534082

THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY
OF
DUKE UNIVERSITY



Rare Books



FASTI
MARIANI
 cum Illustratione
 Diuorum Imaginibus
 & Elogijs prope DC.
 in singulos Anni
 Menses Diesq;
 S S. Natales
 Distributis

Sermo ELECTORI
 MAXIMILIANO
 VTR. BOIAR. DVCI
 à Societate MARIANA
 Monacensi Cuius
 consecrati.

WATER
TOWER

WATER
TOWER

Maiores Congreg. Acad. B. V. Ingolstadtij
1664

MAXIMILIANO ¹² ^{DB}

SERENISSIMO PRINCIPI, ^{B 897 F}

BOIORVM DVCI V. 1

Potentissimo, Comiti
Palatino Rheni,

S. R. Imperij Septemuiro
& Archidapifero &c.

Pio, Forti, Patriæ Patri,
Sodalitas

Quæ inter Ciues Monachij

sub

D. VIRGINIS ANNUNTIATAE
tutela est,

Felicitatem, Incolumitatem, Im-
mortalitatem.

PArce, DVX MAXIMI-
LIANE, si in munus tuum
inuolauimus. Aciem ecce
in charta non magna explicauimus
maximam, & sub *Serenitatis*
Tuae auspicijs iterum militaturos
(?) 2 Diuos

Diuos è cælo ad Ordines suos vocauimus. Agnoscis ne fortissimas exercitus Tui alas, Bonos *Angelos*? an robur militiæ Tuæ, purpuratam *Martyrum* phalangem? an, quibus in signis A G N V S præit, *Virginum* candidissima agmina, decora castrorum tuorum? Sed & cæteras cæli legiones ex armis suis *Serenitas Tua* rectiùs puto singulas, quàm ex nomine Cyrus suas nouit. Ecce VNICA VIRGO toto castrorum *Acies MARIA*, illa illa *Serenitati Tuæ* in aëre signum, in ore tessera, in manu scutum, in pectore lorica. His subsidiarijs è cælo copijs adiuta, quid mirum, si quoties pro DEO & Cesare pugnavit, etiam vicit *Serenitas Tua*, tunc præcipuè, cùm Mons ille hostium ossibus *Albens* pugnae theatrum, & orchestra Praga fuit, ijs ipsis diebus, quos *Omnes Celites* sibi

bi

bi peculiare sacrosque iam olim
legerunt, & toties lacesſiti ab hæ-
reſi hoc tunc fortiùs in iſtam pu-
gnarunt? Quid animi tunc vobis
erat rebelles cælo & Imperatori
veſtro Animæ, quando, dum vos
Acheronta mouebatis & in au-
xiliũ euocabatis omnes Orci Fu-
rias, contra vos ſtare in armis Su-
peros videbatis? quando in Bo-
hemos nō iam ſuos *Venceslai*, in
Hungaros *Stephani*, in Auſtrios
Leopoldi, in degenerem Poſterita-
tem *Rhatones*, *Thaſſilones*, *Caroli*,
Henrici pugnabant? Rectè profe-
ctò quorum è vultu exulabat du-
dum vetercundia, euocato in vul-
nera ſanguine erubuiſtis, rectè
fugâ pudorẽ occuluiſtis & Mol-
dauâ merſiſtis, eſſi toto flumine
nunquam piandi. Sed multò
rectiùs alij damnatiſtis arma im-
pia, abieciſtis, &, quod rarò
(?) 3 ſolet

solet Hæresis, victas deniq; cælo
manus sustulisti.

Sed ad Te reuertor PRINCEPS

MAXIMILIANE

O nimium dilecte DEO! cui
militat Aether

Et coniurati veniunt ad
classica DIVI.

Currant alij in laudes *Serenita-
tis Tuae* per orbis stadium: nos Ge-
nium Tuum adorabundi subsisti-
mus hîc. Quantum hoc est, sub
Serenitatis Tuae ductu (siccat ita no-
bis dicere Superi, quando facere
vobis placuit) Cælum mereri, cæ-
lum militare! Quid ni Ducem Te
cælo dignum dicemus? laudibus
euehemus in cælum? Sed nempe
in terris (vbi inuidiæ Medicus,
quemadmodum Plinius ait, re-
spicere post tergum & hominis
iubet meminisse) non placet *Se-
renitati Tuae* triumphus. Itaque
dum

dum alij de hostibus, de Victoria
Serenitas Tua triumphat & spolia
opima (laudes suas) Superis fert
accepta. Non repugnaturum se
M. Fabius affirmavit, si sine se Im-
peratore exercitus Victor trium-
pharet; id quod *Serenitatis Tue*
modestia reapse fecit, hodieque
facit. Testem oculum aduoco Bo-
iariæ Monachium, quæ Vrbs &
tunc, cùm debellatum est in Bo-
hemia, & nunc annis omnibus
videt exercitus tuos, Sanctos in-
quam Coelites augustâ ferculo-
rum pompâ per templa & pului-
naria sua triumphare, ijs diebus,
quibus te Imperatore vicerunt,
cùm tu pulchro triumpho pul-
cherrima appendix pedes acce-
dis. Qua in re Ioannem Impera-
torem Constantinopolitanū red-
iisse æuo nostro gratulamur, qui
post deuictos hostes, cùm ipse si-

ne inuidia posset, triumphare pro
se in aureo curru niueis equis ve-
cto **VICTRICEM VIRGINEM**
voluit, ipse pedibus currum præ-
iuit, fassus hoc exemplo à se ar-
mis hostes, se verò à **VIRGINE**,
amore victum. An non hoc ipsū
factitari à *Serenitate Tua* cum plau-
su Roma vidit, quando tuo triū-
pho vectam **VIRGINIS Iconem**
(eam ipsam, quæ ex re Victoriæ
nomen gerit) cum ea pompa ac-
cepit, quam summi Orbis Arbi-
tri Pontifices laudarunt, orna-
runt?

Atque hæc paucula, vt alia om-
nia missa nunc faciamus, facile
puto *Serenitati Tuæ* imprimis, tū
Orbi terrarum probabunt confi-
lium nostrum, quòd, dum bono
Marianorum in lucē edimus Di-
uorum Icones laudésque, factum
hoc velimus *Serenitatis Tuæ* potif-
simūm

simùm auspicijs, vt quam tantum
amare Cœlites, tantum amari à
Cœlitibus nouimus.

Patere igitur *Serenissime* PRIN-
CEPS triumpho Diuorum Tuo-
rum hoc etiam ferculum (vtinam
Diuis & *Serenitate Tua* dignum!)
accedere. Aperi Pantheon Ani-
mum Tuum, & *Sanctorum Omnium*
tam diu cultum foue, dum nu-
merum augeas. Ita, ô Patriæ pa-
ter nostræ, in Sodalitio nostro ex
animo vouemus omnes, singuli;
sed, ne orbam se ploret patria, vt
serò nos audiat cœlum, preca-
mur. Monachij. Anno MDCXXX.
XVIII. Kal. Septemb. quo die RE-
GINA SANCTORVM OMNIVM
communis nostra TOTIVSQUE
BOIARIÆ PATRONA in Cœlo
Coronata est.

Serenitati Vestræ

deuotissima

Sodalitas MARIANA Monacensis Ciuium

SVMMA PRIVILEGII
à Sacra Cæsarea Maieſtate
FERDINANDO II.
ROM. IMP. INVICTISSIMO &c.
Congregationi MARIANÆ Monacenſi
Ciuiçæ indulti.

FASTOS MARIANOS Latinâ & Ger-
manicâ Linguâ à Congregatione
MARIANA Monacenſi Ciuiça edi-
tos nemo cum Iconibus Diuorum, ne-
mo abſque his, qualicunque Forma,
intra decennium, recudito; aut vbiuis
locorum, inuitis, quorum intereſt, im-
preſſos Imperij Prouincijs importato,
aut venum exponito. Ei, qui ſecus fa-
xit, auri puri puti Marcæ X. multa
eſto. Exemplaria Congregationi ven-
dicator. Viennæ XVI. Aug. Anno
MDCXXVIII.

Ferdinandus.

vt.

P. Henr, Stralendorf, &c.

Ad Mandatum
ſacræ Cæsareæ Maieſtat.
proprium
Arnoldin: à Clarſtain,

RESTA WOLLE

FESTA MOBILIA.

pascha nostram immolatus est Christus

MRA



Susceptis tecum aromatibus, Dominicum visere cura sepulchrum. Ibi lacrymas deuotionis effunde, nec vsquam diuertas, donec resuscitati Domini teneas vestigia, contrectes manu ac lenias osculis clauorum foramina. Illum audi loquentem, agnosce viuentem, dilige diligentem. *S. Laur. Inst. S. de Res. D.*

**Spes Beatæ Resurrectionis,
Pro Viuis & Mortuis.**

FESTVM RESVRRECTIONIS D. N.
IESV CHRISTI.

IO triumphè! Io! Vicisti Christe Amor meus! agnosco vultum victorem, & victricem, quâ hostis meus cecidit, manum: Video in bono Duce victoriz vestigia, plagas aduersas: laudo trophæum nobile, Crucis arborem. Ecce ante currus triumphales cum Mundo Dæmonem, cum Morte Carnem. Io! cæli plaudite. aër insona. triumphum clamate litora. terra resulta. & tu Echo mille hodie ora indue. Heus! adeste quotquot estis Mûdi Ciues; quercus, imò nemora spoliare & Seruatori vestro *Civicâ* ferre. Agite Veris arua lætissima, rectè omne, quod vobis est. gramen suppeditatis. Nam *Obsidionalem* non iam Vrbs sed Orbis debet obsidio dæmonis liberatus. Eia, quid moras nescitis, qui in lacrimis natatis naufragi? quin tabulas colligitis & *Navalem* paratis illi, qui Victor Stygè traiecit? Quin *Castrensi* ornatis eum, qui primus castra Phlegethontis Victor transcendit! Ecce Angeli ramis suis Palladem spoliant feruntque *Oleaginam* illi, qui pacem DEVM inter & homines potuit cõponere. Sed nunquid *Triumphalis* obliuiscemur coronæ? Ecce vltro Laurus in ferum abit, æternam viriditatem sperans, si hæc tempora contigerit. Sed & tu abi in ignes orane aurum, & exi corona Triumphatori meo. At tu cape has coronas Victor Amor, & si omnibus his rosæ sese immisceant, ne has repudia, Spinæ nuperæ dede-
runt.



Ascendamus cum Christo corde, ut cum die-
 bus eius promissus advenierit, ascendamus & cor-
 pore. Sed cum Christo non ascendit superbia,
 non avaritia, non luxuria; nullum vitium no-
 strum ascendit cum medico nostro. Ideo si post
 medicum desideramus ascendere, debemus vi-
 gia deponere. *S. Aug. S. 2. de Asc. D.*

Ascensio mentis in Deum.

Pro Amatoribus seculi.

FESTVM ASCENSIONIS D. N.
IESV CHRISTI.

IO! iterum. iterum lo! iterum Triumpho!
Ecce Amor meus Triumphans Capitolium
cœleste petit! Ecce obuios omnes cœli Ciues!
Ecce ereptos Orco & seruatos Patres, omnes
cœli libertate pileatos! O numerû daretur ho-
rum augere! ò vltima triumphi appendix pe-
dibus hædere possem triumphantis! Vicisti eia
Amor Christe amatum. en manus do victas.
Victum ecurr non etiam in triumphum ducis?
Ecce sequar vel vincetus currum. Heu mihi! si-
ne me hem iam nubes transit, hæ Christus ha-
bet muros! Hæc nimirum ab Inferis reduci Vi-
ctori vnica corona deerat. *Muralis.* Hanc quo-
que, dū primus hodie Amor meus in cœli mœ-
nia euadit, primus tulit. Sed ne animum de-
spondete cæteri, qui bellum cœlo facitis & vi a-
micâ cælum itis expugnatum. Auferet (iterum
moneo) hanc etiam secundus, tertius, etiam
vltimus. Imò vltimus primas feret, & quò pro-
fundiùs descenderit, hoc altiùs ascendet. Ne-
que est, quod viam multum inquiramus, quæ
ad triumphum ducat. Impressit huic Christus
vestigia sua, sanguine notauit. HAS



Ut almus hic Spiritus vivificet te, custodi v.
 nitatem, & apud te quietus sede, przstolare eius
 adventum, vt te ad se suscipiendum paratum
 inueniat: Turbas fuge & temporalium facul-
 tatum devota negotia, quatenus amabiliter
 Paraclerus veniat & requiescat in te. *S. L. Inst.*
S. de Pent.

Gaudium Spiritus.
 Pro peccantibus in Spiritum Sanctum.

FESTVM PENTECOSTES.

NON ego iam centum ora totidemque lin-
 guas, vnam tantum ex ijs opto, quas ho-
 die cælum depluit. Iacebat è iuuentute stu-
 diosa Adoleſcens, quem in lectum non tam agri-
 tudo quàm ſcelerum pondus deiecerat. Cœc⁹ in-
 terea nō videbat ante Orci fores ſe ſtare, ſurd⁹
 ne fratris quidē monita ſaluberrima audiebat.
 Intempeſta nocte virum videt maiestate vultus &
 multā canitie venerandum. Ego, ait hic, ille
 ſum, qui tui cauſa omnia, ſed te mei vnus gra-
 tiā condidi. Si nondum intelligis, omnium PA-
 TER ſum. ſed te filium degenerem ab dico, ab-
 ijcio, & dirum damnationis Theta iam nunc
 tibi denuntio. Ita attonito ſub alterā noctem
 vir adest integrā ætate, ſpinis caput, cruce hu-
 meros inſignis, cætera nudus & ſanguine, qui
 ex pectore ſancto in fontem abierat, latè hu-
 mum inundans; Hic, ſi neſcis, inquit, IESVS ſum,
 Seruator oliuæ tuus, nunc. Iuxta ſimul manum
 pectori immittit, & ſanguine plenam in vul-
 tum iaciens ægri, erubeſce, ait, vel ſic & teſte-
 ram damnationis cape, ſalutis futuram, ſi ma-
 luiſſes. Sub hæc in cœlos, æger in deſperatio-
 nem abiit. Erexit tamen miſerum frater, & vt
 noxiſ expiariſ ad *Amorem* SPIRITVM ſe verte-
 ret, ſuaſit. Tertia igitur Nox perſonam viſa o-
 ſtendere vultu prioribus non abſimili, ſed pla-
 cido, & arridente, qualemque humero inſidens
 columba probabat. Atque hæc ſcelerum veni-
 am & mortem beatam nuntiauit. Quis iam ſi-
 dom non habeat dicentibus *Columbam* ſine
 felle eſſe? *Ex Spec. Exempl.*

Et hi tres unum sunt.

MRA



Quemadmodum reliquis omnibus membris
caput anteponis, & cætera membra obijcis, ut
ictum à capite auertas; Ita Sanctæ & eiusdem
essentiz Trinitatis fidem, sine qua vitam, quæ
verè vita sit, vivere nemo potest, rebus omni-
bus antepone *S Ephrem in Vit. rect. var.*

Adoratio SS^æ Trinitatis.

Pro Infidelibus,

FESTVM SS. TRINITATIS.

Quid Solem intueris? si sapias oculos claudes. Fides talpa fit, oportet. Nimirum non posse in paruulam fossiam, exonerari Oceanum Augustine docuisti. Manu tamen ad tanta mysteria non semel nos duxit cælum. Ita quo tempore Valsatenses Hunni bello, & hæresi suâ SS. TRIADEM Ariani impetebant, miraculum contra hos ingens pugnauit. Etenim sub ipsis sacris è cælo in aram tergeminae gutte se demiserunt, inuidiam crystallo facturæ. Has cum legere Sacerdos vellet, ecce suapte sponte in vnicam gemmam coiuerit. Atque hoc nobilissimum VNIVS TRIADIS & TRINAE VNITATIS symbolum Christiani cruce, hanc vnionibus ornarunt. Sed quod vnâ suâ gemmâ sat diues crux esset, vniones omnes, velut victos se faterentur, longè inde exsilierunt. quo permotus Ciues aureâ denique cruce, vt par erat, Gemmam vnicè pretiosam incluserunt. Iam in Virginis Claræ de Monte Falco corde repertos aiunt hodièque asseruari tres globos, qui singuli cum singulis, quin imo bini etiam cum tertio certant pondere, nec tamen superant, nec superantur. Ostendit hæc Virgo nobilius aliquid quàm aurum, quo Mysterium hoc claudamus, cor nostrum. Aut enim
 hoc, aut nihil capit

DEVM



Christiane, qui se hinc tibi manducandum dedit, quid tibi denegare poterit in futurum? & qui tantum tibi viaticum paravit ad victum, quid in illa mansione perpetua non paravit? *Manducabitur in Mensa mea:* audisti Dei convivium; sollicitus non sis de qualitate convivij: *S. Pet. Chryf. f. 95.*

Veneratio SS^e Eucharistiæ.
 Pro Fraternitate SS. Corporis Christi.

FESTVM CORPORIS CHRISTI.

Iuvat pompæ, quâ omnis hodie Orbis Christi-
 stianus ducit, exordia paucis denarrare. Vir-
 go fuit non procul Leodio; nomen Virginis
 Juliana. Hæc dum cælos, quos animo iam ha-
 bitabat, oculis etiam obambulat, nouâ Lunam
 aspicit, à quâ altera lubens lucem suam mendi-
 caret. pleno tamen incremento aliquid restare
 videbatur. Subinde audit Ecclesiam hanc esse
 Christi Sponsam, cui porro ad decoris supple-
 mentum nihil deesset, quàm ut Sponsam suam
 sub pane latitantem festo die & pompa celebra-
 ret. Et verò ad hoc operam Iulianæ cælum ex-
 petere. Diu linguam Virginis modestia ligatam
 tenuit, dum Amor denique soluit & detegere
 visum, cum alijs, tum è Canonicorum Collegio
 vni suasis. Is tunc Io. Lansenna post Pont. Vr-
 banus I V. fuit. Et fortè dum hic ad clauum
 Ecclesiæ sedet, Bélienæ Sacerdotis sacrificantis
 mentem dubitatio subiit de Numinis in S. Eu-
 charistia præsentia. Vulnerauit hæc perfidia
 Christum. Nam præterquam quòd remoto pa-
 nis velo in conspectum se dedit, scaterere sangui-
 ne calix & effundere se hic in Aræ lintea visus
 est. Tum verò Urbanò Pont. iubente miracu-
 lum hoc per urbem illâ est circumlatum; iamq;
 urbem vnâ omnib; Orbis æmulatur. Recte
 porro nos faciemus, si in ferculum Dæi nostrò
 non aurum aut argentum modò, sed quod ma-
 gis amat, oculos; linguam pectus, cor adeo

sommodabimus. *Ex hist. reuel. Inst.*

Vener. Sacram.

Angelis suis Deus mandavit de te



S. ANGELI CUSTODIS

Noli o homo Conditoris tui negligere munus; noli custodis tui Angeli benevolentiam spernere, parvi pendere ministerium, suffragium abijcere, & ignorare consilium. Sta super custodiam tuam: Tibi assistunt Angeli; a dextris boni, a sinistris mali. *S. Laur. Iust. De vit. sol. c. 16.*
Gratitudo erga SS. Angelum Custodem.

Pro Angelorum Cultu augendo;

FESTVM S. ANGELI CVSTODIS.

DA mi Arge, ô Angele mi, da pennam vel
 vnam è tuis, quâ laudes tuas scribam.
 Sed ô! vnde incipiam? vbi desinam? Non-
 dum natus eram, & tamen iam latus stipabas
 meum, ô Custos vnice! Infanti sinum, puero
 manum dedisti, ô Pædagoge amantissime! Tu
 verba formare & nunc patrem in cælis IESVM,
 nunc matrem MARIAM clamare, tu nunc artes
 humaniores, nunc seueriores docuisti, ô Do-
 ctor fidissime! Tu in biuio vitæ dubio viam
 Mercurius monstraisti, præstisti, duxisti, insidias
 detexisti, in hospicium ô quale introduxisti,
 Dux fidissime! Sed vni' compendium tuarum
 dem laudum? morituro quotidie aurem velli-
 cas: irati ludicis timere vultum doces: mones
 præcipitia infera cauere, cæli ardua digito o-
 stendis, ad hæc expetenda cogitationibus ani-
 mæ adhortaris, & fatigatum manu ducis,
 succumbentem portas, ægrum foues, impu-
 gnatum propugnas. Illud quantum est, quòd,
 nisi ego te viuis, tu etiam mortuum non es
 deserturus. O mi Arge! ô Angele mi! cur vt
 laudes tuas scriberem, pennam è tuis vnam
 aliquam non dedisti? Sed eia hanc meam cape,
 & si placet, MAGNAE VIRGINIS, cui vni labo-
 rauit, pedibus substerne. Vt mukæ aliæ
 tam altum, certè altiùs nulla
 volauerit penna.

Maioris Cong. Acad. S. V. Ingolstadtij. 1664.

**C O N F I R M A T I O
P R I V I L E G I I**

A Ser.^{mo} ac Potent.^{mo} Principe

**FERDINANDO
M A R I A**

**S. R. I. Archidapifero Electore &
Vicario, Vtriusque Bavarix & Palatina,
tus Superioris Duce, Comite Palatino Rheni
Landgravio in Leuchtenberg.**

Concessa

**Congregationi M A R I A N Æ
Monacensi Civica.**

FASTOS MARIANOS, seu SANCTOS
M E N S T R V O S Latinâ & Germanicâ
Linguâ à Congregatione M A R I A N A
Monacensi Civica editos nemo cum Ico-
nibus Divorum, nemo absque his, qualicunque
formâ intra decennium recudito, aut ubivis lo-
corum invitis, quorum interest, Imperij Provin-
ciis importato, aut venum exposito. Ei, qui se-
cus faxit, auri puti Marcæ X. multa esto. Exem-
plaria Congregationi vendicantur. Monachij,
15. Februarij, Anno M. DC. LVIII.

Ferdinandus Maria

*Ad Mandatum Serenissimi
S. R. I. Electoris & Vicarij.*

A Berchemer.



I A N V A R I V S.

- CIRCUMCISIO D. N. IESV CHRISTI.
- 1 S. Basilins Magnus.
S. Odilo Abb. Cluniac.
- 2 S. Macarius Alexandrin: Abbas.
- 3 S. Gordius Centurio M.
S. Genouefa Virgo.
- 4 S. Rigobertus Ep. Conf.
S. Simeon Stylita Conf.
- 5 S. Eduardus Rex Conf.
S. Apollinaria Virgo.
- 6 F. EPIPHANIAE seu TRIUM REGVM.
S. Andreas Corsinus Ep. Conf.
- 7 S. Lucianus Mart.
S. Raymundus Conf.
- 8 S. Laurentius Iustinianus Patriarcha.
- 9 SS. Iulianus M. & Basilissa Virg.
- 10 S. Martianus Presbyt. Conf.
- 11 S. Theodosius Abbas.
- 12 S. Archadius Mart.
- 13 B. Godefridus Comes Cappenbergius.
- 14 S. Felix Presbyter.
- 15 S. Paulus F. Eremita.
S. Bonitus Ep. Conf.
S. Ioannes Calybita Conf.
- 16 S. Furseus Conf.
- 17 S. Antonius Magnus Abb.
- 18 S. Leobardus Reclusus.
- 19 S. Lannomarus Abb.
S. Abundantia Virgo.
- 20 S. Sebastianus Mart.
S. Neophytus Martyr.

- 21 { S. Fructuosus Episc. Mart.
 S. Menradus Mart.
 S. Agnes V. & Mart.
- 22 S. Anastasius Mart.
- 23 { S. Clemens Ancyranus M. & Ep.
 S. Ioannes Eleemosynarius Ep.
 S. Ildephonsus Episc.
- 24 S. Babylas Ep. Mart.
- 25 { Conuersio S. Pauli Apost.
 S. Poppo Abb.
 B. Henricus Suso.
- 26 S. Polycarpus Ep. Mart.
- 27 S. Ioannes Chrysostomus Ep.
- 28 S. Iacobus Eremita.
- 29 S. Constantius Ep. Mart.
- 30 S. Aldegundis Virgo.
- 31 S. Marcella Vidua.



CIRCUMCISIO DOMINI.

Si tentaris à Diabolo, si ab omnibus hominibus opprimeris, si conficeris ægritudine, si doloribus fatigaris, si desperationis ægitaris spiritu, nomen IESV edicito. *Iustinian serm. de Circumcis.*

Veneratio Nominis IESV.

Pro exaltatione eiusdem Nominis in Universo Mundo.

3 .

A

I. IANVARI.

O Ut ego te exosculor diem candidissimū?
 ō fidus! ō IESV Nomen! Ite iam astrorum
 Arbitri, dicite sanè fatalem hanc mihi
 stellam esse, horoscopum meum esse, ab hac vi-
 tam meam, vitę studia, mortem, omniã depe-
 dere. Rectè. quidquid igitur agam, IESV auspice
 agam. Vigilabo? in oculis IESVS erit. Dormiam?
 IESVM somniabo. Ambulabo? comes IESVS ibit.
 Sedebo? latus claudet IESVS. Studebo? IESVS eru-
 diet. Scribam? calamum cum manu IESVS du-
 cet & IESVS IESVM scriber. Orabó? verba IESVS
 formabit, animabis IESVS. fessus ero? recreabit
 IESVS. Esuriam? sitiam? IESVS pascet. ille pota-
 bit. Agrotabo? Amor aderit medicus, IESVS.
 Moriar? IESV immoriar meo. IESVS supremis la-
 bris natabit. IESVS oculos claudet. IESV sinus
 mihi tumulus, tumuli inscriptio IESV nomen
 erit. Sed, heu mihi! mi IESV! Amor meus! quid
 video? quod si vitę tuę aurora iã multo cruore
 iam rubet, quàm largos imbres sanguinis in fere
 vitę vespere dabis, ō Sol meus! Heu iterum mi-
 hi! ō MARIA! ō Cynthia mea! an palles? dabis
 cheu! etiam tu hodie pluias. Et ecce imbres
 lacrimarum ex utroque oculorum cælo ruen-
 tes. Time peccans adolescentia tute hanc tem-
 pestatem dedisti. Cur enim hodie iam ad san-
 guinem iretur, nisi sceleribus tu quoque fores
 obnoxia. Ecce die octavo iam sauit culter tuus
 verè Saxeus! Sed discite ad infanda scelera, discite
 à cultro tuo erubescere. Discite vulnera agnos-
 cere tuã. Si nescis, ibi vulnus est,
 vbi emplastrum est.



S. BASILIVS MAGNVS

Væ tradentibus Christum ad Crucifigendum; sed væ cum maligna conscientia sub Sacramento sumentibus illum. *S. Romig. super Matth:*

Crebra Communio.

Pro indignè communicantibus.

I. IANUARI.

Magnum esse Basilium ad ardentis columnæ facem D. Ephrem vidit. Magnum deinde ostendit *Christus* ipse, dum sacris operanti adesse spectabilis, cum Sancto Duodecimviroorum cælestium senatu voluit. Sed & talē Hebræus nonnemo credidit, cui profano adhuc, Sacræ tamen mensæ accumbenti, cum minimo in orbe Magnum *Virginis Filium* è manu sua propinasset, manus & ipse dedit. Magnum demum senserunt è maximis Tyrannis duo. Horum alter Iulianus (is qui turpe sibi Apostatæ nomen peperit) orante contra se BASILIO, sententiam ferente Deipara *Virgine*, exequente D. Mercurio, orbi pœnas perfidiæ, quas meruit, dedit. Non felicior alter Valens, exilium Diuo nostro nequicquam semel iterumque intentavit. Nam sententiam impiam ferre iam cogitanti, ipsum iustius iudice suo tribunal reclamavit, Sellâ diffractâ; & subscribere laboranti, pennæ atramentum, quod habuit, tertium negavit: ipsa manus facere officium noluit; certè ut non posset, exaruit; Coniunx Filiusque ægri ad cogitatum scelus nolentes etiam ingemuerunt. Et Filius quidem à magna BASILII manu conualuit. Cui cum Valens pessimos superinduxisset medicos Arianos, Filius continuo malè mortuus est. At bene noster, sub annum Christi CCCLXXIX. vixit BASILIUS; vel hoc vno Magnus magnique faciendus Parthenijs Sodalibus, quòd Virgo vixit.

Ex Sario.



Disce humilitatem, quam Christus verbo docuit & exemplo: disce obedientiam, quam patri suo exhibuit & Matri; disce virtutes cæteras, ut vitæ lumen in te valeas possidere; Christum sequere, Christum imitare, ut ad ipsum peruenias.
B. Laur. Iust. de interiore conflictu.

Studium proficiendi in spiritu.

Pro habentibus bona desideria.

I. IANUARI.

PVER ODILO in D. VIRGINIS perreptauit claudus, exiuit sanus; & cum ire iam quò vellet, posset, pulchrè pedibus, quos cælum donauit, vsus, è mundo abiit, & Religiosam domum iniit. Subinde Præfectus Asceterio Cluniacensi, ostendit, quàm facile imitari Christi miracula foret illi, qui vitam vellet. Aquas quippe ceunti sibi in solum, alijs etiam in vinum vertit, piscibusque non multis bene multam paucam multitudinem. Inter primas curas habuit, piorum Manibus opitulari, quos flammæ piaculares haberent. Id adeò factus ipse est. Orei tortor, quem Siculæ quispiam Eremitæ incola non semel querentem audiit atque indignantem, innumeros à pœnis suis ODILONIS absolui precibus. Eos inter Benedictum numerant IIX. Pont. Max. qui opem & ipse viri implorauit & verò sensit etiam, ac gratus palàm laudauit. Atque hoc stimulos subdidit ODILONI, vt sui quotannis diem agerent piarum Animarum memoriã insignem; quod institutum id temporis vni illi familiæ familiare totus hodie Christianus Orbis amplectitur. ODILONI nostro morienti præsto ipse Christus fuit, Stygiásque laruas cum suis terriculamentis longè iussit faceßere. Nimirum quam opem Mortuis viui ferimus, Morituri & ipsi sentimus.

Ex Syr.



S. MACARIUS ALEXANDR.

Quæ segnities est, capi ineptis cogitationibus, cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loquaris: Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? *S. Cyprian. de Orat. Dim.*

Attenta Oratio.

Pro indeuotis.

II. IANVARII.

HVNC MACARIVM nomine suo Alexandria ; imò fallor , suo ille Alexandriam beavit. VII. annis sine cocto edulio, sine omni somno dies XX. quadragintadiæ ieiuniū sine omni cibo transegit. Satur interea cæli delicijs & pijs nunquam non lacrymis ebrius. Inter hæc Cupidinem bella sibi moventem aggressus , culicum præsidio corpus cinxit ; quos inter cum sex adeò menses nudus decertasset, horum aculeis longè hostem submovit. Quid multis breui tam parvo milite ingentem & formidandum Tyrannum debellavit. Pœnitentem Sacerdotem à sacrilega Venere, & qui in pœnam afflictæ corpore serpebat, cancro eâ lege absoluit, ut ne porro sacrificaret impurus. Nec in homines solùm pius , cœcum feræ nescio cuius partum spuro suo illum lumine donavit, ouicula exuuijs à grata parente vicissim donatus. Inter precandum ita se ipsum fertur adhortatus: *anime mi, ne te in terras è calo demitte ; ibi Deum & cum Deo Dei aulam omnem habes.* Viderat nimirum quandoque, quàm multiplici dolo astuque turbare precantium animos malus hostis niteretur. Ob hæc aliâque eiusmodi prædicantibus verè MACARIVM , hoc est beatum , ut qui Mundo tam belle illuderet, illud responsi dedit, cauerent, ne ipsis Mundus illuderet. Viuere porro desijt , cum annum ageret centesimum, & documento sanè fuit mortalibus, frugalitate & vitæ religiosæ asperitate non minui annos, sed crescere.

Ex vit. PP.



Quid prodest Christum sequi, si non contingat consequi. Ideo Paulus aiebat, sic currite, ut comprehendatis. Ibi tu Christiane fige tui cursus profectusque metam, ubi Christus posuit suam. *S. Bern. Ep. 253.*

Constantia.

Pro vacillantibus in fide.

5

A 3

III. IANUARI.

Potuiſſes olim Eremum Campum dicere
 Martium, vnde illi prodirent, qui bella Græ-
 bi, qui Tyrannis mouerent. Ita GORDIVS
 etiam noſter è nobili militum Tribuno Chriſti
 tiro, vbi ſat diu in antro ad Eremi leges exer-
 cuiſſe velut ad palum ſe, & piæ militiæ ſatis præ-
 luſſe iam viſus ſibi eſt; progreſſus demum feſto
 die in medium theatri, falſuſque CHRISTI ſe
 militem, corpus fruſtatim concidendum carni-
 ſici obtulit: id vnum exoptans, plures animas
 habere, vt plures per mortes Duci DEO inuiſu
 ſe probaret. Scilicet ad inſolitum hoc ſpectaculū
 exclamârūt Chriſtiani pariter & hoſtes horum.
 Et obſtupuere hi, quòd vnus hominis Virtus
 totum theatrum impleret. At illi Deo, GORDIO,
 ſibi que gratulati ſunt, cùm viderent tot inter-
 certantes quadrigas longe omnes equos ad pal-
 mam præcurrere Chriſtianum, iamque hunc
 vnum illo die ex merito coronandum animo
 præciperent. Interea GORDIVS monentibus
 amicis, qui ſeruatum cupiebant, ore CHRISTVM
 ſuum tantisper proſcriberet, animo coleret; *ita-
 ne verò, aiebat, omnem militibus aditum ad calos
 præcluditis? Me quidem Longinos & Cornelios
 iuuat emulari. Chriſtum vobis coram ſi negem,
 celo coram ille negabit.* Hæc vbi dixit, crucis ſi-
 gno armatus omnes cruciatus imperterrito &
 animo & vultu ſuperavit, oſtenditque,
 quæ militi honeſtiſſima eſſent vul-
 nera. *Ex Suriô,*



Per Baptismatis Sacramentum Spiritus S. fa-
 ctus es templum : noli tantum habitatoré pra-
 uis de te actibus effugare , & Diaboli te iterum
 subijcere seruituti , quia pretium tuum sanguis
 est Christi, qui in veritate te iudicabit, qui mise-
 ricorditer te redemit. *S. Leo s. 1. de Nat. Chr.*

Studium seruandæ Innocentiæ,

Pro Peccatoribus,

NON ego GENOVEFAM laudem, cum vel parentes eius, quod talem genuissent, B. Germanus laudârit. Transibat hic Lutiâ Parisiorum in Britannias Pelagianos oppugnaturus, cum GENOVEFAM paruulâ tunc puellam intuitus latere in ea ingentem virtutem vidit. Itaque blandissimis verbis vitæ religiosæ studium tenellæ suavit. At illa iam tunc annuit. Ergo mnemosynon capit nummum Cruce insignem iubeturque è collo suspendere, nullo dehinc muliebri Mundo temerando. Arrha fuit hic nummus Christi Sponsæ. neque fefellit. Noluit deinceps paruula domi agere, sed sui officij identidem clamitabat esse, templa frequentare. Quare fuit cum lacrimis suis molestam & clamoribus mater alapâ castigaret. At continuo cœca facinus suû vidit. Lucem deinde biennio post à Filia, cui dederat lucem, recepit. Ceterum hæc velo inter Virgines inuoluta Parisiensibus contra omnes Atilæ exercitus vnicû præsidium fuit. Cibum non nisi bis in hebdomade, vinum Virginitatis venenum nunquam admisit. Quoties cælû aspexit, hoc gaudijs, illa lacrimis pluerè visa Virtutem in absente Simeon Stylites laudavit & sæpiusculè salutavit per nuntios. Apud Reges quoq; Childericum & Clodoveum tantum potuit, vt à morte Virgo absolueret, quos Iudices damnârant. Sed parum hoc est, quando idè apud DEVM potuit, & lectulo damnatos ægros passim à morbis absoluit. Quid? quod quæ abstulerat iam, imperio GENOVEFAE Puerum Mors reddidit; credo vt ne deesset, qui Virginem Matrem clamaret. *Ex Sur. & Lipel.*



Si tibi suggeratur in futurum tempus differre
 bonum propositum, consurge & dic, *dies Domini*
sicut fur, ita in nocte veniet. Si gula desævians
 lautiores tibi commendauerit apparatus, recal-
 citra, & dic, *non est Dei Regnum esca & potus.*
S. Petrus Dam. in Ps. 57.

Moderatio viæus.

Pro Principibus Christianis.

IV. IANVARIJ.

Discite, qui alienam nobilitatem non aliter
 ac hereditatem aditis, amplius etiam ve-
 strâ operâ hanc condecorare; imo domi
 vestræ, hoc est, apud animum vestrum veram
 Nobilitatem quærere. Nos ea in re Doctorem
 ecce vobis RIGOBERTVM suggerimus: hic gentis
 suæ splendorem literis, literas pietate illustravit:
 Hanc Rhemenses Insulâ ornarunt: ille iterum
 hanc multis magnisque virtutibus, velut gem-
 mis distinxit: Sacerdotes primus id loci in vnum
 coegit, reditusque, de quibus viverent, cõmunes
 fecit. Familiariter Magistro Equitum Pipino est
 vsus, qui xeniolis, quæ Diuus redeunti à vena-
 tione missitabat, multum delectatus terræ tan-
 tum aliquando concessit, quantum RIGOBERT-
 VVS, dum ipse dormiret, ambulando potuit cir-
 cumscribere. Ab eo tempore nusquam alibi vel
 campi vel agri lætiùs ridere, ridentibus nusquam
 mitiùs cælum arridere. Aurea tempora & æter-
 num Ver diceres. Sed & filium Pipini Carolum
 (ab animo Martio Martellum post dictum) sacro
 fonti admouit RIGOBERTVS. At Carolus ingra-
 tus, quòd urbem Rhemensem dolo aggressus
 non admissus esset, apertâ vi post fratrem de-
 bellatum ingressus, Pontificem sedè exegit. Tu-
 lit æquo animo exilium, nec multo post ad Pi-
 pini dona reuersus vitam sanctissimè exegit. Ad
 tumulum nocte concubia lux ingens visa, & vo-
 ces è cælo auditæ, multum humanâ suauiores.

At nos si nunquam has audimus, quid mi-
 ri obsecro est, quando cælo aures
 claudimus? *Ex SÛRIE.*



S. SIMEON STYLITA.

Quid animæ prodest, hesternum diem trans-
 gisse in actione virtutis, si hodie velut desertor
 desciveris ab opere iustitiæ? Qualem enim te in-
 uenero, ait scriptura, talem te iudicabo. *S. Basil.*
in Epist.

Constantia.

Pro Tentatis.

V. IANVARI.

ERubescit hoc die Ægyptus, cum in tam parua charta sepeliri superbas moles suas videt. Quid enim? ut mortuos suos, quæ posset in cælum extolleret, surgere eò velut gloriæ humanæ scalas Pyramides iussit. At tu Lector vide sis hoc die illum, qui viuis cælo iam cohabitauit, viuis Pyramides sibi quatuor posuit, inuidiam non Ægypto modo, sed Orco etiam facturas. Itaque SIMEON opilio primùm, post præalta in rupe monachos inter Angelus vixit. Verùm cum ob mira, quæ maxima ac plurima patrabat, magni vndique accursus fierent, nouo miraculo columnas cœpit habitare; quarum quarta, & quæ ei vltima fuit, alta erat pedes LV. & L. Hic ille stare columnâ suâ firmior, dormire aut cõsidere nunquam; vix adeò vnquam quid cibi capere, ea & agere & pati, ut hominem dubitarint; Regibus denique, ac Imperatoribus imò orbi ad se confluenti vel oraculum esse vel asylon. Indoluit hostis, & dolis, quos domi suæ habet, vsus, in flammantem currum non iam SIMEONEM, sed alterum Eliam inuitauit. Nec malè profectò cessit astus. Verùm, cum altero pede iam extenso, sacrum Crucis signum efformasset, in ventos scilicet & orcum, non in cælos, cū pessimo auriga abiuit currus. At SIMEON, ut eâdem pœna & se & hostem vltum iret, vno, ut erat tum, pede, annum solidum perstitit. Mortuus est deinde anno ab orbe restaurato CDLX. ætatis CLX. atque, ut vicissè scires, etiam post mortem stetit. *Ex Surtio.*




Indicamus bella peccatis, confictum vitij
 nunciemus, securi de victoria: quia nec arma ce-
 lestia hostes poterunt superare terreni, nec di-
 gno regi aduersa poterunt cōtraire mundana;
 neq; vigilantes & sobrios Diabolus perturbare
 suis superuentionibus poterit. *S. Pet. Chryss. 12.*
 Expugnatio Vitiorum.

Pro Maleficis & Incantatoribus.

V. IANUARI.

EVnuchum spectata; sed apage illum Parnass
 ruborem. hunc, quem dicimus, Virginitas
 dedit, cælum risit, vel, si mauis lacrimas,
 has quoque affudit cum suis ridenda Venus. Sed
 nunc argumentū Fabulæ habe. Fuit APOLLINA-
 RIS altera Anthemij Viri Consularis F. alteram
 Dæmon malus infidebat. Illa Christum Spon-
 sum cogitabat, at hominem parentes. Quid nō
 etiam Sanctus Amor hominum oculos luderet
 ingeniosus? Abit Ierosolymam cum Nobilissi-
 morum parentum venia APOLLINARIS; comi-
 tes seruulos, ancillas, opes trahit. Redux ex iti-
 nere has omnes in egenos spargit, illos manem-
 mittit, vno alteroue duntaxat retēto. Hos quo-
 que piē fallit & siluas habitat. Iam vbi æstus cu-
 licūmque morsus corpus animūmque durarunt
 & formam illam augustam extinxerunt, pro-
 dit è latebris monachum induta, Eunuchum
 se dicit, Dorotheum apud Macarium nominat.
 Interea adest soror & è sorore pellendus dæ-
 mon. Pellitur à Dorotheo. Sed redit & præsti-
 gijs grauidam filiam Anthemij oculis exhibet,
 simul parentem Dorotheum mentitur. Ilicet
 hic ad Patrem raptatur, inde ad crucem raptā-
 dus. At Dorotheus parentibus & sorore in locū
 solum abductis, hanc iterum sanat, illis, positā
 tantisper personā, filiam se probat. Mox ad sce-
 nam suam reuertens eremum, pergit mona-
 chos, orcum, orbem ludere; dum denique cum
 omnium plausu castissimam laruam Mors de-
 traxit. *Ex Sur. & Men.*



Studeant humiles quotidie in humilitatis virtute proficere, imitantes Regem, qui abiecto onere carnalium & regalium indumentorum coram domini arca nudatus exiliens & exultans uxori sibi obijcienti respondit, *ludam, & vilior fiam coram Domino.* B. Laur. Inst. lib. 1. de Humilitate. Vilis æstimatio sui.

Pro contemptoribus pauperum.

V. IANVARI.

EDWARDVM in vtero adhuc latitantē Fortuna tamen Angliæ Regem legit : Firmavit electionem Cælum : siquidem in Regem vnctus ab ipso Apostolorū Principe memoratur. Coniugio porrò, ad quod inuitū Regni proceres traxerunt, Virginitatē copulauit, pul. herimo matrimonio. Pater Pauperum, Filius dici poterat summi Pontificis, ita hunc semper coluit: Tributa liberaliter remisit, postquam ijs incubare Custodem Orci Cerberum vidit. Iam nec ad vilis mendiculi postulata erubuit, qui membris suis captus promissam à D. Petro sanitatem asseuerabat, si baiulo ad templum Rege vteretur: quin mox in humeros sustulit pium onus, ad aram portauit, stipemque diuitem sanitatem addidit. Sed & cæci nonnulli, quâ vndâ manus Rex lauerat, hac oculis ipsi tenebras eluerunt. Facienti Sacerdoti cum adesset, conspicuus ei ab ara bene precatus est Christus. Quiduis amore D. Ioannis, quem Euangelistam dicimus, rogantibus, nihil visus est vnquam negasse. Hanc ille religionem præclare obsignauit annulo suo, dum eum ipsi Diuo mendicabulum ad simulanti dono dedit. Hic anulum Regi remisit, simul de mortis horâ commonuit; quem nuncium ille toto mox regno vulgavit, quò preces vndique piorum cogeret. Atque eo viatico, quamuis suis iam diues meritis, longum cæli iter ingressus est, anno post Virginis partum. M. L. XVI. & quia nullam corpus animo Virgini in vita, mors diu nullam etiam corpori in tumulo labem aspersit. *Ex Sxrio.*



EPIPHANIA DOMINI.

Sicut Magi de thesauris suis Mysticas Domino munerum species obtulerunt, ita & nos de cordibus nostris, quæ Deo sunt digna, promamus. *S. Leo serm. 2. de Epiph.*

Desiderium sequendi Christum.

Pro Religiosis Ordinibus.

VI. IANUARI.

Salutauerant iam nuper, inter faustas acclamationes & cantus festiuos Principem suoz celo delapsi ciues, aulamq; Nati Regis quotidie deinceps frequentabant. Sed & Orcus rebellis hucusque metu iam suo venerabatur, fere ipsæ dominum suum supplices agnouerant; ut iam aliud nil restaret, quàm ut terra etiam officium suum faceret. Ergo, ut ad exemplum Regum orbis vniuersus se componeret, tres è regnis suis exciti Magi magnis itineribus Bethlemium contendunt, sacramentum Christo nato omnium nomine dicturi. Atque ut ne aberrarent, placuit Superis ducem Stellam dare & fallere & falli nesciam. Ita Hierosolymam ventum seduloque in Noui Regis cunabula inquisitum. At Herodes in regno suo alium præter se Regem vllum quæri indignatus, barbara animo iam tum concepit consilia, mox sanguinem, necesse orbâsque Matres paritura. Alicis tamen artibus apprimè instructus dolos dolis texit, & ut noceret, amare se finxit, ut perimeret adoratum se hostem etiam ipse promisit. Sub hæc à Magis, sidere iterum Antambulone, Bethlemiū peruentum. Ibi confidens stella, velut aduentū gratulatura, hospites Reges è tecto salutauit. Ex templo ingrediuntur Regumq; Regem in throno suo Præsepi, sapientiam in infante, in homine Deum adorant: Addunt deinde tributa, opes peregrinas; Aurum, Thus, Myrrham. Inde viam aliam in regna auita Dux somnus dormientibus ostendit sed sic idem hic vigilantem Herodem delusit. *Ex his Evangel.*



In Ecclesiam ingredi, ubi Christus discumbit, tuumq; præstolatur aduentum, atq; in spiritu humilitatis pedib⁹ prouoluere Domini IESVS; confitere scelera, dætere vulnere, reatum accusa, sponde conuersionem, pete veniam, vt plenam consequaris indulgentiam. *Laur. Iust. in sermonib.*

Emendatio Vitæ.

Pro auertendis corruptelis iuuentutis.

VI. IANVARI.

ANDREAM CORSINVM parentibus MAGNA VIRGO donavit, cum illi prius eundem ex voto necdum natum eidem donassent. Videbatur sibi Mater vtero lupum ferre, sed qui in æde sacrâ gratissimâ metamorphosin in ouiculam abiret. Oraculum fuit non somniû. CORSINVS etenim adolescens nonnihil liberior aliquamdiu cum Mundo vlulavit, post tamen grauibus ac assiduis parentis suæ monitis captus religiosæ vitæ se mancipavit: à quâ nequidquã eum abducere adnissus est veterator callidus, quamuis nobilem mentitus vultum, quamuis opulentum oppidò coniugium pollicitus. Primum litanti augustissima cæli Regina visendam se cum Angelis obtulit, atque his eum affata est verbis: *meam seruias seruitutem, ad hanc à me delectus.* Posthac Præsul nominatus Fesulanus, cum fugâ se honori subduxisset, ab infante tum fante est proditus. Puer nescio quis cum sacro fonte tingeretur, ANDREAS lacrymas frequentes affudit: Rogatus causam respondit, puerum eum familiæ suæ probro, patriæ exitio natum; id quod reapse postea Vrbs credidit, cum vidit. Cum annum deinde ægeret LXXI, ipso CHRISTI nascentis peruigilio egregius seruus à Domina sua vocatus ad libertatem est. Mortuum Virgo sanctitatis famâ percelebris per scalas vidit cælum conscendere; puto ne vllus VIRGINIS amator dubitet eodem connitî, quando scalas habet.

Ex Surio.

FA
m
re,
si
iū.
ior
en
or
uã
us,
uis
ri-
im
est
ls-
m
x-
l-
s-
m
d
it.
i-
o-
m
i-
l-

Novi et veteris testamenti manna.

MRA



S. LUCIANVS M.

Corpora nostra aptemus in viam Dei ho-
stiam, vt sit fides vera, pura conscientia, cor
mundum, caro casta, sanctus sensus, pius ani-
mus, vita sancta, verecundus habitus, & ad om-
ne Christi obsequium humilitas nostrum sem-
per comitetur incessum. *S. Pet. Chryf. H. 109.*

Sanctitas Vitæ.

Pro Sacerdotibus.

VII. IANVARI.

Possimus hodie ignoscere Samosatę, quę
 maximũ probrum ingęti decore obruit
 LVCIANVM dedit, qui non iam rideret cę
 sed moreretur pro cęlo. Duodęnis puer pote
 tamen pater dici, cũ hereditatę paternã in
 tunc pauperũ prędã fecisset. Mox inter Cęn
 bitas adscriptus & Sacerdotio inibat Antioch
 ludũ literariũ aperuit, Minerual pauperibus c
 fit, Libros Christianos restituit & sacra volun
 na, quę dudũ superstitione corruerat, ad Hebr
 linguę Regulam censuit. Sed Maximianus n
 nescius pietatem Christianam non posse rectę
 quãm cum Musarũ laete, literis inquam, inf
 lari, ad pęnas Magistrum tam sancti ludi voc
 quod tamen vel vultus maiestate meliora p
 suadere LVCIANVS diceretur, nõ nisi velatis o
 lis huic impius Agamemnon locutus est. Pr
 missis primõ ingentibus in Martyrę pugnat
 tum in cippũ iniecit, post in testarũ fragmir
 Ultimõ fame longã ad deditiõẽ compellere
 aggressus. interea sacrificare cõstituit LVCIANVM
 Miratibus, quĩ id fieri posset, discipulis, cũ a
 mensa abesset, vos, inquit, in orbẽ me cingite
 templũ eritis; sacra deinde pętori meo impo
 te; erit hac viua ara. Dixit, fecit, mox ad ing
 fos tortores ter clamat *Christianus sum* & sub
 de mortuus tacet. Funus nihilominus in ma
 proiectũ, saxo dextere appenso. Verũm transe
 primõ Delphĩn, semper hominũ sed Martyrũ
 pręcipuẽ amans in litus exiit. Mox dextra et
 (à Musis credo) efferri brachioq; iungi visa e
 Nos etiam manũ tã doctã pro męritis laudarem
 si ad nostrũ usq; manus illius stilũ attulissent. *Sic*



S. RAYMUNDVS CONF :

Si nobis non est satis ad salutem, quòd virtuosè viuamus, sed oportet aliorum salutem re ipsa desiderare ; cum neque nos rectè viuamus, neque alios hortemur, quid respondebimus? que nobis spes salutis reliqua erit? *S. Chrysostr. hom. 6. in Matth.*

Correctio fraterna,

Pro respuentibus pia monita,

VII. IANVARI.

RAYMUNDVS nobili loco in Hispania natus cum lacte MARIAM imbibit. Ea deinde pietas cum puero crevit. Nam & in Mundo adhuc cum ageret, sumptus non exiguos fecit, quo festus VIRGINIS ab Angelo Salutatae dies augustius ageretur, & postea in D. Domini ei familiam cooptatus, ipsius DIVAE monitu novae societatis auctor fuit condendae, quae vindicandis in libertatem vinctis se se impenderet. Angelo, qui ei à puero datus est peculiaris, tam est usus familiariter, ut non raro ad statas ab eo preces excitaretur. Ceterum cum pro ea, quam erat, Christianam libertate, in non licitos Iacobi Aragonum regis amores gravius nequicquam inuectus esset, & ex nautis regio edicto absterrius recipere eum iam nemo in navim suam vellet; novus nauta nova vela mari suspendit pallium suum, aspirante caelesti aurâ sex intra horas milliaria emensus CLX. & Barcinonem appulsus in caenobium ad suos per oclusam portam ingressus est. Ibi cum è socijs vnus aliquis grauibus tentationum fluctibus iactaretur, vbi primum in manu litantis RAYMUNDI propitium illud Sidus est intuitus, continuo suam menti reddi malaciam sensit. Argonauta verò noster portum caelestem tenuit

ANNO M C C L X X V. *Ex vita*

apud Bzonia



S. LAURENTI IUSTINIANVS

Vtinam sceres, quæ Dei sunt ! intelligeres,
quæ Mundi sunt ! prouideres, quæ Inferni sunt !
profectò inferna horreres, superna appeteres,
quæ ad manus sunt, contemneres ! S. Bernard.
in Ep.

Studia Sapientiæ.

Pro studiosa Iuuentute.

VIII. IANVARI.

ANnum agenti IUSTINIANO decimum no-
 num iaduta Virginem Diuina Sapiencia
 amplexum tulit & osculum. Ab eo tem-
 pore omnis illi Mundus desipere, vna sapere Re-
 ligio. Ad hanc cum se recepisset, fuit qui, cum
 familiaritate (quæ ei cum LAVRENTIO intima
 erat) destitutum se indignè ferret, ad septa Mo-
 nasterij cum rota acie sodalium veniret: Cornu
 vnum Citharædi, alterû Armati tenebant. Sed
 vtrunque percupit LAVRENTIVS, captumque
 verbis Sodalem in sua iurare verba, manusque
 dare Religioni coegit, plaudentibus vtrique Su-
 peris, quod iam Theseus Pirithoum suum, non
 ad Orcum, sed cælum comitaretur. Post tamen
 LAVRENTIVS ad infulam extractus, pater pau-
 perum, & hostis superborum audiit, mirandâq;
 egit plerima. In ore illud crebrò habuit: *eam ac-
 tivism esse veram sapientiam, scire Deum Om-
 nia esse, ac nihil hominem, & illud: cælo exclu-
 dendos omnes fore opulentos, nisi eius lanitores
 pauperes piâ manu corrumpèrent. Ego palma-
 rium id puto: perituras Venetias fuisse, pessimo
 Sodomorû exemplo, nisi potentior apud Deum
 Abrahamo LAVRENTIVS intercessisset. Porro
 moriturus plumas respuit, memor quàm duro
 Iesulo Christus obiisset. Et tamen sine plumis
 in cælos euolauit anno M C C C X. cum iusta
 illi homines inter Angeli persoluerent, func-
 ris dicam tibi cines, an virtutis bucci-
 natores? Ex Surio.*



S. IULIA

NVS. M.

Qui igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis
 est homo solus super terram habitans, adeo
 nihil curae est ei gloria & ignominia. S. Chrysof.
 hom. 52. in Acta.

Contemptus honoris.

Pro superbis.

IX. IANVARI.

IVLIANVS vnica Parentum clarissimorum
 Filius primam ætatem Musis consecrauit. Bæ
 Virgines in clientis sui pectus Amorem Vir-
 ginitatis cum literis instillarunt. Sed obstitere
 votis Parentes, castas antes Hymenæo identi-
 dem pulsantes. Itaque à cælo ante per somnum
 armatus BASILISSAM duxit. Veràm precantes
 thalamo cælestis primum odor afflauit; mox
 de seruando pudore piè sermocinantibus cum
 MATRE aliisque Cælitibus CHRISTVS superue-
 nit, qui & audentibus animos addidit, & vtrius-
 que nomine Vitz Libro descripta ostendit. Ita
 Virgo obiit BASILISSA; IULIANVS verò etiama
 Martyr; qui dum ad ludibrium totâ vrbe vin-
 ctus circumducitur, CELSVS mali Iudicis non
 malus Filioque conspicitur cum non tam inter-
 lictoribus, quàm Cælitum manus inambulare.
 Pedes proinde Martyris complexus, & Chri-
 stem pater non pueriliter & ipse factus, cum Iu-
 LIANO ad ignem damnatur. Sed virtus proba è
 flammis splendidior nimirum exit, crescitque;
 Matre etiam Celsi ad Christum adductâ. Ca-
 put demum omnibus sub annum Christi
 CCCXI. auferitur. Sed neque sic
 locus coronæ defuit.

Ex Surio.



S. MARTIANVS . . CONF.

Manducat Deus in cælo panem, quem percepit pauper in terra. Da ergo panem, da potum, da vestimentum, da tectum, si Deum debitorem non Iudicem vis habere; nihil nobis nocebit in terra, si nobis in Cælo Misericordia fit Patrona.

S. Pet. Chryss. 42.

Benignitas in egenos.

Pro Pauperibus studiosis.

X. IANUARI.

Nouit MARTIANVS Maximæ Aedi Byzantij præpositus Orationē, quò cælos & cœtius & citius peteret, alatum reddere, creberrima illi ieiunia & Eleemosynas iungendo. Multus præterea in extruendis Cœnobijs templisq; fuit; monumentis, quæ fere vnica in mortali homine immortalia DEVS probat. Plenam, quoties foras prodiit, manū circumtulit, cum vacuâ nullum à se inopem passus abire. Veste, quam diu vixit, non nisi vnica semper vsus, hæc etiam, cum nulli ad manum nummi essent, se exuit & egenum induit, sed diuite lucro. quippe qui deinde cum seminudus pro ara Diuinum Cibum in populum partiretur, aureâ palam à Cælo veste ornari visus est, vt planè iam quæstū quæsiisse & pro paupere toga meliorem ambiisse videri possit. Noctū porrò Vigil pius urbem obambulabat, vel quibus tunc etiam bene faceret, egenos, vel quos lotos domi curatosq; terræ mandaret, mortuos quærens, ex quibus non pauci reuixisse inter studia tam sancta memorantur & alterum vitæ parentem MARTIANVM salutasse. Iam grassantem in templum suum crudeliter flammam medius ipse obiecto Evangelicæ Historiæ volumine stitit, precib⁹ domuit, lacrimis extinxit. Secundum hæc aliâq; mira, templo, quod vltimum ædificabat, & vitæ finem vnâ imposuit. Ex *Metaphrasie apud Surius.*

Anachoretarum Mater

MRA



S. THEODOSIUS ABB.

Magnum huius vite solatium est, ut habeas, cui pectus tuum aperias, cum quo arcana participes, cui committas secreta cordis tui; ut ames & sequaris eum, qui tibi paterna pietate in tribus compatiatur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur. S. Bern. tr. de Ord. Vit.

Familiaris recursus ad Patrem spiritualem.
Pro Anxijs & Scrupulosis.

XI. IANUARI.

THEODOSIVM Cappadocem antrum aiunt incoluisse. rectius regiam dicerent; nam ad illud divertisse hospites primo itineris sui die tres Orientis Reges memorantur. Totus illi penus palma, cella, fons fuit, deliciae dactyli herbaeque & lacrimae. Interim fuit, cum centum & amplius mensas paucis panibus pasceret. alias, cum Martiani hospes esset, illique panem sibi deesse quereretur, THEODOSIVS in barba Martiani granum herere frumenti conspicatus, qui potes inquit queri, qui tot panes in barba circumfers? simul granum in granarium ablatum totum hoc complevit, & veluti angustias huius accusaret, extra ostia se miraculumque effudit. Alias magno Paschatis die, cum nihil in cibum suppeteret, Numen THEODOSIO mulam submitit instructissimum cibarijs. qua re ille impulsus semper deinde egenis duplicavit pium stipendium. Nam mortis memoriam suis impense commendavit. Eum in finem sepulchrum quandoque fieri iussit, rogavitque ecquis eo tumulari vellet. Voluit Basilus quidam, qui mox suavissime excessit e vita, nec tamen in odeo sacro vel videri vel audiri desijt. Prænobilis Matronæ filio, dum inter pueriles ludos, lapsus in fontem cadit, absens THEODOSIVS, adfuit tamen spectabilis, & ne aquis mergeretur Innocentia, cauit. Vestis eius cilicina militum Duci vicem Loricæ fuit & victoriam peperit. Sed & tibi contra hostem instinum victoriam spondeo, si simili utaris loricâ. *Ex Suario.*



Eius est in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat; quem seculum blandiens atq; decipiens illecebris terrenæ voluptatis inuitat. Porro cum mundus oderit Christianum, quid amas eum, qui te odit? & non magis sequeris Christum, qui te redemit & diligit? *S. Cypr. de mortalit.*

Dilectio Dei super omnia.
Pro peccantibus metu mortis.

XII. IANVARI.

MORE Solis Virtus hoc pulchrius nitet,
 quò diutius later. Testem ARCADIVM
 adduco. Hic lævientibus vbiq; terrarum
 in Christianos tyrannis, siue homo timore ali-
 quo, siue CHRISTI mandato inductus, postha-
 bitis Fidei fortunis omnibus, fugâ se subduxit,
 & aliquandiu latebras habitauit. Sed nimirum
 vt vinceret fugit; ex latibulis suis velut insidijs
 hostem expectauit. Etenim cum irruptione in
 domum factâ, & non reperto ARCADIO, ad tri-
 bunal de amicis eius quispiam raperetur, conti-
 nuò adfuit; circumuentum inexpectatò tyran-
 num grauiterque increpitum iussit omnes pœ-
 nas in se experiri: Aciem tormentorum instrue-
 ret Tyrannus, ingenio etiam certaret, in auxi-
 lium alios etiam Tyrannos euocaret, omnes in
 subsidijs Carnifices constitueret: sese vnigum
 contra omnia tormenta etiam nudum statu-
 rum, solâ patientiâ pugnaturum, ostensurumq;
 ea dimicatione, quantum inermis Christianus
 omnibus minis & tormentis armato Tyranno
 præstaret. Desperauit iam tum iudex de victo-
 ria, & sententiam tulit, qua manibus ac pedi-
 bus mutilari ARCADIVS iuebatur. Hic fixis œ-
 lo oculis inter diuinas laudes, supplicij locum
 magnanimus petijt, membra ad lanienam ipse
 nudauit, ipse singula truncanda exhibuit; itaque
 sanguinis sui purpurâ splendidus, sine pedibus
 ad Martyrum tamen partes transiuit, sine
 manibus palmam tamen cepit.

S. Zeno Ep. Veron.

Maria mater gratia



S. GODEFRIDVS COMES

Amor æternæ vitæ & spiritualis studium sapientia velut in summa cordis tui constitutum, arce præcellat; quatenus dum fragilem hanc vitam cum sua sapientia despicias, repleti diuino spiritu, qui ad æternam te prouocet gloriam, facti vicissitudinæ, merearis. *B. Pet. Dam. l. 8. Ep. 9.*
Cogitatio æternitatis.

Pro Comitibus & Baronibus.

XIII. IANVARI.

DVXIT GODEFRIDVS Cappenbergenſis Comes genus ſuum è Regio ſanguine. Prædantium ſuorum militum licentiam, ſiquiſquam alius, frenauit, gnarus militum prædam Ducis eſſe furtum. Arcem ſuam in Cœnobium vertit, & D. Norberti ſatniliæ tranſcripſit, cum omnibus fortunis, quibus præclarum Auctarium vna cum fratre Ottone ipſe acceſſit. Viderunt hoc multò antè in ſomnis illi, qui de Cappenbergenſi arce vel columnam flammantem, vel ciuitatem niue nitidiorẽ in cælum viderunt aſſurgere. Et verò multa, quò moram tam ſanctis conſilijs injiceret, molitus eſt cognatus ſanguis, nunquam non Deo hæreditatem inuidens; ſed ille, vti alia humana omnia, ita hæc etiam inſuper habuit, coniugẽq; inter Sanctimoniales relatã, Norberti inſtitutum auidiſſimè arripuit. In hoc acerrimus ſui hoſtis & glorioſiſſimus Victor, vix quidquam cibi ſumere eſt viſus, tantùm lacrymis inebriari. Cæli cupidiffimus miſſionem corporis accepit anno M.C.XXXVI. cum moriturus illa audiſſet; *exite obviam ei, & venientem è cælo comitatum amiſſimè ſaluere iuſſiſſet.* Secundum mortem Nepti ſuæ multã luce veſtitum & coronã conſpicuum ſe oſtendit, quæ illa legentibus loquebatur: *Induit me Dominus veſtimento ſalutis & tanquam ſponſam decorauit me coronã.* Pulchrè certè honorum cupidos alta conſcendere GODEFRIDVS docet. Comitẽ abiecit, vt Rex eſſet.

Ex Sario.




Eò minus in hac peregrinatione deficiet, quò
 veriùs in fontem diuinæ misericordiæ per vir-
 tutem spei mentis oculos leuaueris. Hæc enim
 virtus claritate sua Deum nobis manifestat, &
 inter hostium cateruas intrepidè ante faciem
 Domini nos perducit. *B. Laur. Inst. Lig. vita.*
 Fiducia in Diuina prouidentia.

Pro Catholicis fidei causâ proscriptis,

XIV. IANVARIJ.

FELICI Nolano cum Fratre Germano ita cō-
uenit, vt ignobilior hereditatis portio, id est
Terra Fratri, melior verò, hoc est Cælum
FELICI cederet, vt qui Christo militaret, Ger-
mano Imperatoris castra sequente. Ita diui-
sis vitæ studijs FELIX sacris est initiatus. ob fi-
dem deinde in vincula coniectus ab impijs,
sed exemptus ab Angelo, iussus est emeritum
Præsulem Maximum quærere. Eum in ere-
mo repertum semianimem precibus primò,
dein vis, quas de spinis legerat, recreatum
domum suam deportauit. Hinc cum denuò ho-
stes ei imminerent, occæcari diuinitus, quem
auribus suis loquentem audierant, apertis ocu-
lis non viderunt. Fugientem porro & intra ge-
minarum ædium parietinas abdentem sese, im-
prouiso opere suo aranea texit, & fuit tam te-
nuis tela propugnaculum tunc FELIX. Hic ex-
litum manu passus VI. menses, & alloquio diui-
no dignus, infulâ etiam esset ornatus, nisi id di-
gnitatis ex innata animo demissione in aliam
ipso transtulisset, quòd eum septem diebus ante
se sacris initiatum diceret. Obijt tandem FELIX
feliciter tumulúmque Templum est nactus; quod
cùm augustinus postea D Paulinus reddere labo-
raret, solique rustici duo ædes suas transcribere
negarent, ecce tibi ignis nocturnus cæca Rusti-
corum depastus amplissimam aream descripsit.
Neque hoc solum sed & alijs deinceps miraculis
FELIX luxit. *Ex Særis.*

Tu nos ab haste protege



S. PAULVS EREMITA

Quàm deliciosâ fame affligitur, qui caelestium
promptuarij dapibus satiatur? cui caelum fit cel-
larium, caelestis promus exhibet ministerium;
quàm faeliciter miser est, qui dum terrenis eget
impendijs, angelicis fulcitur obsequijs: cui xen-
niam diuinitus mittitur, angelicis ministratur.

S. P. Dam. s. 33.

Abstinencia.

Pro fame laborantibus;

XV. IANVARI.

PAVLVS Thebæus XV. annorum adolefcer plus Decium quàm eremum horruit. Certe hoc vnum imprudens Decius boni fecit quòd ex Christianis Eremicolas fecit. Eos inter princeps PAVLVS perhibetur, cui in centefimum vsq; annum ac decimum spelunca reatum, vñ eademque arbor Palma & victum & vestem dedit. Annus agebatur Christianus CCCXXXIV cùm ad eum diuino iussu vifit Antonius, atque tunc prudens dispensator Coruus, qui anno iam LX. dimensum suum PAVLO quotidie afferre affolebat pærem dimidium, hospitis memor duplicauit annonam. Secundum hæc, cùm, ita monente PAVLO, vestem sepulturæ allatum iret Antonius, priusquam rediret, abire inter cælites in cælos amicum videt, reperitque genibus humi adhuc fixum, passisq; brachijs omine oranti similem. Cùm vltimum proinde officium mortuo præstaret, in eo socios duos leones habuit, qui sepulchrum egesta humo parârunt, & moerenti Antonio crebro mœstioque rugitu & ipsi adgemuerunt. Hinc domum reuertit nimis quantum gaudens, spolijs optimis, hoc est tunica PAVLI è folijs palmæ concinnatâ. Certè non nisi maximis quibusque diebus festis in ea vifus est superbire, vt minus ego iam mire: ab Hieronymo eam palmatæ etiam Imperatorum purpura prælatam, quando in illa magnus Antonius triumphauit. *Ex*

S. Hieron.



S. IOANNES CALYBITA

Praeferenda est Religio necessitudini, & pietas propinquitati. Ea enim est vera pietas, quae: praeponeit diuina humanis, perpetua temporali- bus: nesciunt suis parcere, qui nihil summa no- runt; quoniam Sanctis omnia Deus est. S. Ambro- in Epist. ad Rom.

Ordinata Charitas:

Pro ijs qui amore parentum à Dei seruitio retrahuntur.

XV. IANVARI.

ILLE IOANNES est, qui in illustri Patriciorum familia Romæ natus parentes piè nos docuit fallere. Nam adolescens admodum clavis his in Syriam abiit, & vestem indutus religiosam, unico, sed delicato cibo victitavit, Angelorum panc. Pòst cùm parentes sæpenumero ingereret hostis, agrè illi sibiq; facturus Romam iter instituit. Ex itinere vestem suam cum mendicantis centonibus commutat, & his spolijs superbus ad parentes ignotus divertit, tantæque filius familiae, tanti patrimonij hæres vix malè sartam testamque in vestibulo ædium suarum casulam impetrat. In hac ille tres annos ad invidiam sui hostis furtivo parentum aspectu fruitur. Hinc ex tuguriolo suo ad Superum palatia inuitatus Matrem aduocat; mendicus agrè impetrat; presentem iureiurando adigit, velit iubeat in pannuceis suis se tumulari. mox sanctum Evangelij librum, quem puer ab ea dono acceperat, in manus tradit, atque ite oculos tandem matri aperit, ipse suos claudit. Enimvero malè officiosa velle hic auream filio purpuram inducere; sed illicet manus sensit tamdiu rigescere, dum pax & victimæ IOANNIS voluntati est obsecuta. Claruit verò sanctior hic in casa sua Romulus circa annū Christianū CDLXVII. nunquam Orbi tam notus futurus, nisi tam ignotus fuisset. *Ex*

Surtis.



Qui cupiunt Arenuè spirituales persolvere
 laudes, representent se coram Dei tribunali, &
 ipsum in spiritu presentem habeant; vti est, ni-
 hilque inter se & eum habere velint, sed tanquã
 amicus cum amico colloquantur Domino. - *Ex*
Laur. Inst. de discip. Monast. Conversat.

Cogitatio presentis Dei.

Pro sacerdotibus indeuotè sacrificantibus

XV. IANUARI.

BONITI Virtus detecta iam tum diuinitus est, cum Matris adhuc utero lateret. Etenim cum hæc grãvida à Sacerdote postularet, bene vt sibi precari vellet, *quin*, ille retulit, *bene potius tu mihi precaris Domine?* Amplius ad hæc obstupescenti, *ne*, ait, *hoc à te exigere me crede, sed ab eo, quem utero feres, quem ad Insulam iam nunc vocari video.* Cæterum BONITVS adultior factus cum maxima quæque munia in Gallorum Regia obiret, ita Regis causam egit, vt cuius dignitati Pauperum patrocinium præferret. Ascitus inde ad Episcopatum Aruerhensem, dum nocte in tempesta in templo precibus vacat, ad spectabilem cum omni aula Reginam cæli MARIAM habet; huius imperio rem diuinam facit (homini Cælitibus inservientibus) & in laboris præmium vestem aufert mirè candidam, eaque siue materia siue arte, quam mirari oculus humanus semper, agnoscere potuit nunquam. Simile sperare postea ausus è successoribus vnus, eodem se contulit. Verum quia merita hominis abludebant, dissimilis pulchus dissimili modo acceptus, & arcanâ vi domum suam est deportatus. At BONITVS sponte Insulam abiecit, vel, vt rectius loquar, cum corona commutauit, quam ei cum locos sacros plurimos lustrasset, à morte (cuius ipse sibi vates fuit) cælum decreuit, Anno post Seruatoris aduentum DCLXXXV.

Ex Særio.



Fugiantur noxiæ voluptates, inimica gaudia,
 & desideria iam iamq; peritura. Quis enim fru-
 ctus est ea indefinenter cupere, quæ et si non de-
 sinant, deserenda sunt? Amor rerum deficientiū
 ad incorruptibilia transferatur, & ad sublimia
 vocatus animus cælestibus delectetur. *S. Leo*
s. s. de Epiph.

Desiderium cælestis Patriæ.
 Pro sectatoribus Mundi.

XVI. IANVARIIS.

EX Anglia FVRSEVM asciuimus. Iuuenta ei⁹
 prodigijs plena relique vitæ prelufit. Post
 hanc à Mussis transfijt ad Monachos; mox
 Doctor sanctioris vitæ & Cœnobij conditor, in
 quod passim victos oratione sua à Mudo ab-
 straxit. Interea sub annum DcXLiv. semel ite-
 rumq; animo è mortali corpore exijt, ductorib⁹
 Angelis bonis, qui vel ignea mälörù tela clypeo
 excipiebãt, vel quas de minimis etiã vitæ noxijs
 aduersarij necessebant accessationes disuebãt. Iam
 verò è cæli specula orbè contèpiatus, cum à qua-
 zergemina scelerã flammâ (perfidia, rerù fluxatù
 cupiditatem, discordiã, atque in miseros crude-
 litatem Angeli dicebant) ardere omnè didicis-
 set, cum à cælestibus Choraulis leuem omnem
 laborem quantumuis magnam, omne tempus
 quantumuis longum ad æternitatem breue esse
 audisset, à binis è numero Dignorum Præsolibus
 iussus est ad corpus redire & flagitiosos ad fru-
 gem reducere. Graue ille fuit à Cælitù societate
 auelli, præsertim vbi ad animæ domiciliù cor-
 pus exanime ventum est. Ingressus tamen An-
 gelis suadentibus toti iam Angliæ orbem (qua-
 lem vidit) cælumque oratione suã depinxit, an-
 nosque porro XII. sceleratis in viam reducet. Hi
 impendit. Post hæc cum Romam pietatis causã
 contenderet, prius vitam quàm viam emensus
 est. Integritatis testimonium demortuo corpore
 tantum dixit quarto ab obitu anno & ipsa
 integrum. Animus illuc iuit, quò as-
 sueratur iam ire. *Ex S. M.*



Ecce venatorum spiritualium quot sunt laquei ad capturam animarum toto orbe diffusis hos tantummodo euadunt, qui mundū ipsum dedignantur amare, illum secedendo spernunt, eiusque concupiscentijs abdicatis DEO in spiritu militare proponunt. *S. Laur. Inst. de Contempt. Mundi.*

Humilitas.
Pro seductis per blanditias Mundi.

VII. IANVARIJ.

AGyrenus erat ANTONIVS & domi suæ nobilissimus primo ætatis flore mundo moriturus ex alio pauperes hæredes scribit, subinde victorijs aduersus hominum hostes malos genios nobilitatus; Ab ijs plagis aliquando pessime acceptus dum IESVM suum familiarius deinde rogat, vbi id temporis fuisset, adfuisse spectatorem pugnæ audit. Tam propè à Deo absumus, etiam cum longè abesse nos putamus. Aliàs dum Mundum æquioribus animi oculis arbitratur, aream esse aucupis videt laqueis vndiq; obtectam: scire percupidus, quis hos effugeret, responsum accipit, qui animo demisso esset. Subinde Martyrum pugnis cum Actor adesse non posset, spectator adfuit & hortator, Iudicij; sæpe in veste candida obuius mortem nequicquã ambiit, Eremito pugilem sibi deposcente. Illic cum ageret, à Constantino filijsque Imperatoribus persæpe litteris salutaris, vicissim eos officij sui commonefecit, & à suo ad diuinum tribunal crebro iussit aduertere. Natus annos C. & V. ista suis suggessit documenta. Viverent quotidie morituri: quotidie melioris animi proposita nouarent: IESVM assidue suspirarent: hoc nomine clypeo in hostem vterentur: hæreticorum familiaritatem fugiundo effugerent. Sub hæc mortuus anno à partu Virginis CCCLVIII. vitæ præconem magnum Athanasium habuit, vti & hæredem pallioli sui lacryarum si quidem & detriti, sed quod virtutem sciret tegere. Ex S.

Athanasius

MBA

FALLUS

distib



S. LEOBARDVS C.

Non in nobis flamma libidinis æstuet, non
 turpis cogitatio pulchram animæ nostræ co-
 ram Deo speciem fœdet. Non nos terrenæ fa-
 cultatis abundantia in superbiam erigat, non
 tenacitas misericordiæ viscera pauperibus clau-
 dat: Vigeat in nobis perpetua castitas. S. P.
 Dam. f. 65.

Contemptus vanitatum sæculi
 Pro Nobilibus.

XVIII. IANVARI.

IN ingentes opes natus LEOBARDVS ad nuptias non tam inuitabatur, quàm cogebatur à parentibus, quas tamen mors vtriusque interturbauit. Filius Sponsus, vbi iusta his persoluit, ad Germanũ proficiscitur. Sed hic tum forte ebrius neque agnoscere frater fratrem velle, quin contumeliosè acceptum fide minimè germanã hospitem domo exigere. Hic LEOBARDVS dum noctem sub dió agit, cælumque ad faces suas contemplatur, certè inquit, hoc non excludat, nisi aditum ipse mihi interclusero. Et quousque demum seruitutem mundo ingrato hanc seruiam? nunquid non mors ipsa parentum ad pileum vocat? nolentes Mundo mortui morime volentem docent. At innumeras opes numero. nempe quas pater heri, ego hodie, cras alius numerabit. Sponsa mihi est. Mater scilicet bella mihi & lites pariet. Et vbi tunc castissimi nunc animi lilia? morientur hæc; & ego Superis tam nobilem odorem inuidebo? Ergo tibi hunc mentis Candorem ó cælum, tu verò terra res tuas tibi habe. Exulabis & tu animo nostro. Irasceris? prior exclusisti. Hæc secum LEOBARDVS, mox rectã asceterium; ibi ipsos duos & viginti annos angustijs cellæ inclusus aditum ad se Mundo vicissim negauit, neque tamen vel talis sine prole in cælos abiit. Reliquit post se virtutem nobilem filiam & vobis, Sodales Partheni locandam. Cur abnuitis pauperem ducere? dabit cælum dotem.

Ex Surio.

Elemosinae luce ascendi
divi in Conspetu



Homo mitte & præmitte thesaurum tuum
in caelos, ne caelestam animam demergas in ter-
ram. Aurum de profundo terræ; anima ab ex-
sultis caeli. melius proinde est, ad sedem suam
deferri aurum, quàm in sepulchro auri Anima
demergatur. *S. Pet. Chryss. 22.*

Fuga Avaritiæ.

Pro oppressoribus Pauperum.

XIX. IANUARIÆ

E Gallia est hoc liliū, quod manū tenes. Multa inde in rosaria Mariana transfere-
remus; interea isto oculos oblecta. Nasci-
tur ergo LAVNOMARVS anno post natum Ser-
uatorem vigesimo supra quingentesimum. Puer
genium suum defraudat, vt inopum dicit. Hinc
Sacerdos, ex Sacerdote nobilis eremi cultor ce-
nobium exedificat & siluas facit habitari. In his
feræ à lupis agitatae asylon sinum pandit, veris-
sima aurei seculi ouis. Inde optimus orator ora-
tione suâ suadet arbori ingenti, aliò vt migret,
& persuadet. Depopulantem porrò omnia flam-
mam vno Crucis signo exarmat: agris sanitatē
pristinam plurimis impertit. Sed non perinde
anaro nescio cui facere medicinam placuit. Fuit
hic oppidō diues, sed letho proximus rectē pau-
per sibi videbatur. Mittit itaq; XL. aureos LAV-
NOMARO, siue vt DEVM sibi per hunc propitium
redderet, siue vt fortē sic mortē auro corrup-
peret. At verò LAVNOMARVS ad seuerum in ara
examen singulos expendere, & vnico duntaxat
seruato, alios omnes remittere, graui addita de-
nuntiatione, qua & exoptulabat, quòd furtum
munus Deo obtruderet, & simul mortem indi-
cebat. Et verò non huic tantum sed vniuersæ
Galliæ vastitatem cladēque vaticinatus
est; ipse tamen ne hanc videret, mor-
te oculos clausit. *Ex SNT.*



Ad cælestia regna suspires, voluntatem Dei
 facias, imiteris Angelos super terram, aduersus
 tentationes pro pietate configas; & si cælestis
 militiæ sacramenta seruaueris, non dubites te
 in castris triumphalibus Regis æterni Victoriæ
 coronandum. *S. Leo s. l. de Nat. Dom.*

Desiderium Perfectionis.

Pro augenda Sodalitij Pietate.

Satis laudasse ABUNDANTIAM videri potest, si illud modo dicerem, & natam & mortuam laudatam vltro ab ære Campano fuisse. Adijciam tamen alia pluscula. Cùm sacro fonte tingeretur, dicuntur lampades templi suapte sponte accensæ & infanti lucem & vrbi infantem gratulatæ esse; ipsa ABUNDANTIA iam tunc in innocentis fœminæ patrociniû (adulterij rea agebatur) fuisse fecunda. iam cœtannem ferunt ab icone Pueruli IESV MATRIS sinum insidentis pomum aureum, quod manu forte pictum gestabat, petiisse & adeo impetrasse; *αυτιδεον* deinde flores (ab hieme donatas) eidem attulisse, & vt acciperet persuasisse. Sed hucusq; cælû cum puella luât. quæ dicâ seueriora sunt. Itaq; memorant cum Maiolo Abbate matrêq; Ierosolymam iuisse, & eum cætera Christi vestigia, cum illa potissimum venerabundâ exosculatâ fuisse, vbi ille pondere Crucis fessus obuissit MATREM habuit, heu! alteram tunc oculis suis crucem. Hic lacrimis diffidere voluisse ABUNDANTIAM; hinc flagris ita in sese scruisse, vt sicut oculi in fontem, ita sanguis fusus in riuos abire videretur. Abhinc Angelo Duce in antrum Oubphrij deuenisse, illicque fœminatam viri vitam vixisse. Ad extremum repertam à patre reductamque in patriam, omnem, hoc mortuo, hereditatem regnis cessasse, mortuam deinde etiam ipsam pro funere ab Angelis laudatam cantu fuisse. Ex

Ferrar.



S. SEBASTIANVS MAR.

Overè illum de generosa & omnis boni ex-
pertem, qui caelstis vitæ amore non capitur;
qui timet hanc perituram perdere, ut illam pos-
sit accipere, quæ perire penitus non nouit. Ex
Orat. S. Sebast.

Desiderium beatitudinis.

Pro peste auertenda,

XX. IANUARI.

ANno post CHRISTVM natum LXXXVI. supra CC. Marcus & Marcellianus Christiani milites ad defectionem vehementer à parentibus sollicitabantur. Enimvero interponere se hic Tribunus SEBASTIANVS, turpè que à tam sanctis castris fugam omnibus viribus dissuadere. Dicenti cælum applausit, piùmque oratorem lumine suo vestijt, simul vox insonuit eiusmodi, *nunquam non tecum eris.* Ab eo tempore nō iam fictum Æsculapium Romani habuerunt. Ita omnes morbos pellere SEBASTIANVS; ita doctè, dum corpori medicinam faceret, animum quoque morbidorum ad sanam fidem adducere. Inter hos cum iam vrbi etiam Præfectus numeraretur, imperio Diocletiani malè sani Medicum suum sagittis confodiunt, cōfossū & prope exanimem negligunt. Sed qui SEBASTIANI manu curare alios voluit, suâ SEBASTIANVM non possit? imò verò adest ille incolumis, & sub aspectum Tyranni iterum se sistit; mox tamen inter fustuarium fortem animam expirat, corpusque in cloacas abiectum Lucinæ tumulandum committit. *Hæc ex Sur.* Cæterum eius cranio hodie Ebersperga Boiorum gloriatur, magnâ semper illuc confluentium religione, longè tamen maiori recedentium, vbi votorum damnati sunt, lætitiâ.

Regina Virginum



S. NEOPHYTVS M.

Delectatur Dominus IESVS in grauitate vitæ
in cordium puritate, & in perfectione virtutū
feruorum suorum. Propterea Angelicam con-
uersationem tenere conentur, quotquot cælesti
domino gratissimum desiderant exhibere fa-
mulatum. *B Laur. Inst. de discip. Monast. Conuers.*
Mundities cordis.

Pro perfecta Regularum obseruantia.

ITa est. vtri sua adolescentem etiam vtricam
 acrimonia loquitur, ita suus nobilissima
 quemque flosculum, cum primum exoritur,
 odor terris cæloque prodit. Ita, quem tibi pinxi-
 mus, NEOPHYTUS Nicæa Bithyniæ oriundus iã
 inde à puero sanctiore Spiritu visus est agi.
 Hic sub columbæ candore lectulum sapenumero
 Divi volata ambire: hic postquam Matri,
 quam ab ea nascendo acceperat, vitam reddidisset,
 Dux ei in montem Olympum esse, speluncas
 hospiti monstrare, & à feris purgare. Ecquid
 porro mirum, si post ipsum Numen, Angelum
 etiam tutelarem tam habuit familiarem? Nam
 iste victum Clienti suo ministrare; iste sub an-
 num trecentessimum, cum vale iam parentibus
 diuino iussu dixisset, opesque in pauperem tur-
 bam erogasset, ad tribunal Decij Imperatoris
 comes esse, testis Virtuti Clientis sui apud Superos
 & præco futurus. Ibi Martyr à flagris, flammis,
 ferisque innoxius, nocenti tandem Carni-
 bus ferro cecidit, monuitque non mentiri posses,
 qui ex Olympo ad cælos esse aditum

canunt. *Ex Martyrologio Romano.*

21 & Menas Græci.



Laborare non vis, qui vtrum vivas vsque ad
 senectam nescis: quare differis vocantem te, cer-
 tus de mercede, incertus de die? vide ne forte
 quod ille tibi daturus est promittendo, tu tibi
 auferas differendo. *Ang. ser. 59 de verb. Domi*

Executio boni Propositi.

Pro differentibus vitæ emendationem

XXI. IANVARIJ.

IBant ab Æmiliano Præfide missi Lictores, qui FRUCTVOSVM Tarraconis Episcopum in vincula abriperent. Non fugit hic, sed bonum se pastorem probaturus obviam etiam iuit Lupis. In carcere vero constitutus signum scilicet expectavit, quo currere ad immortalitatem iuberetur. Iamque feria VI. aderat, quâ Christus ipse Martyribus Mappam misit, cum FRUCTVOSVS duobus stipatus comitibus ad rogum cucurrit. Ex itinere oblatum à pijs haustum Christi exemplo respuit, ieiunij sui etiam in morte tenax. Nudis pedibus flammis tamen insultavit, atque inde veluti pro Rostris Christianos est adhortatus, oculos in æternitatem defigerent, non cruciatus breves. Iam vincula flammis soluta manus soluerant, cum FRUCTVOSVS explicatis in crucem brachijs cælum spectare, cælum precibus pulsare. Et ecce panditur hoc, & Martyres (spectantibus Triumphum impijs) inter flammaram globos, ad cælum euolarunt, coronis omnes insignes, indeque rident admotas nequicquam à Iudice machinas. Tam illustrem itaque Rogum non aquâ sed mero diluendum duxerunt Christiani; sed distinguere laborantibus sacra ossa, è cælo FRUCTVOSVS adfuit, vetuitque terris disiungi, quos cælum iunxisset. *Ex Syria.*



Si quando animus tuus acceptæ iniuriæ dolore exarserit, fac tibi Christus Christi; vulnera in mentem veniant, quantulâque pars hæc sit eorum, quæ Dominus tuus perpeffus est; hac ratione animi dolorem velut aspersa aqua extinxeris. *Greg. Naz. in sen.*

Dilectio Inimicorum.

Pro calumniantibus & persequentibus nos,

XXI. IANVARI.

FVIT MENRADVS Suenici sanguinis Comes
 Tirocinium melioris militiæ in Asceterio
 (Augiam Diuitem dixerunt) posuit. Mox ex
 Tirone miles, ex milite Dux castra in Eremum
 mouit semper inclitus victorijs ab Orco repor-
 tatis; qui tam densâ quandoque acie casam op-
 pugnavit militis nostri, ut suam diem cum sole
 lucem eriperet: sed soluit oppugnationem vni-
 cus bonus genius Custos MENRADO datus, qui
 cum alijs sepe, tum precanti imprimis visendus
 adfuit. Ita vitam solam agenti in anu XXVI.
 latrones gemini supervenerunt, quos ipse, quam-
 vis cogitati facinoris minimè ignarus benignè
 & accepit & habuit. At illi secundum sacrifi-
 cium & preces, hospitem suum necant ingratis-
 simi & ponunt caput carcerum, vti vicius petierat,
 statuunt. Is suapte vi accessit, & iam deorsum,
 eam supulas lectuli comprehendisset, veritus
 sacrum caput attingere, sponte iterum extin-
 ctus memoratus. Cerui interim & ipsi gemini,
 ac diuè manu Divi diarium accipere soliti, pub-
 chre se & Patronum suum vindicant. Alas
 quippe & ungues intentando in oculos, & vo-
 ce, quâ poterant, parricidas clamitando, tam-
 diu prædones sunt insecuti, quoad in vincula
 tandem coniecti sunt, post paulum ite-
 rum penas coruis daturæ.

In Serie



S: AGNES V:

Prospiciant Sancti Angeli tui certaminis exitum, coronas gemmis coruscantes tenentes in manibus, ut illas perseveranti largiantur. Pudeat te, oro, pudeat in conspectu caelestis senatus & Imperatoris aeterni segniter dimicare.
B. Instintan in fascic: amoris.

Constantia in tentationibus.

Pro amatoribus voluptatum;

XXI. IANUARI.

AGNES è prima Romæ nobilitate vix ~~duo~~ annos nata tredecim candidum pudoris florem sanguinis sui purpurâ pinxit. Nam Agno dudum nupta dum oblatum à filio Urbis Præfecti thalamum longè repudiat; vestibus spoliata in lustrum abripitur; sed mox ab Angelo bono, diuinâ luce contra impuros armatur, & veste de cælo data ornatur. Irrumpentem exinde, de quo dixeramus, CHRISTI rivalem, ideoque à malo dæmone suffocatum vitâ iterum donat, & tamen ab Aspasio flammis addicitur, sed quas ad preces Virginis cælestis ros illico extinxit. Gladio denique traicitur noua urbis Romæ, sed Virgo, sed non latro, Lucretia. Porrò dum Emerentiana Virgo ad AGNÆTIS tumulû precatur, lapidibus obruta suoque lustrata sanguine (nam fonte sacro non erat) à Parentibus AGNÆTIS prope Filiam conditur; quibus non multò pèst inter candidatum Virginum agmen Agnes cum AGNO sponso suo visendam se dedit vetuitque deinceps mœerere, & tam felicem thalamum, quem optimè Nupta inscendisset, lacrimis aspergere. Ex S.

Ambr: & Brev. Rom.



Non interrogas o homo ea, quæ pateris, sed
 quæ Christus passus est; quâti te fecit ex his, quæ
 pro te factus est, agnosce. Quanto enim mino-
 rem se exhibuit in humanitate, tanto maiorem
 exhibuit in bonitate: & quanto pro me vilior,
 tanto mihi charior est. *S. Bern. f. I. de Epiph.*
 Gratitude erga Deum.

Pro impatientibus,

XXII. IANUARIJ.

O Pima spolia abstulisse in Persiam se Cos-
 rhoas putavit, cum Crucem S. abstulit,
 sed nimirum quæ Persiam spoliarent.
 Sanè multorum Fides nostra in animum, simul
 Crux in oculos venit, interque eos ANASTASII
 celebris Magi filij, qui cum de Cruce Crucisque
 anathemate multa curiosè quæreret, iam tum
 gestiebat magna pati pro maxima patiëte Chri-
 sto. Itaque sanctissimus transfuga Ierosolymæ
 Christianum, mox monachum induit; nullâ re
 sic delectatus, uti res fortiter à Divis gestas legē-
 do, Martyribus præsertim, quibus ille tot pal-
 mas tyro inuidebat, & interea cum sanguinem
 nondum possët, lacrimas vbertim fundebat. Ut
 primùm ergo in priuato puluere exercuit sese,
 prodijt in aciẽ vltro hostem laceffens. Igitur ad
 latomias damnatus saxa tulit, dein verbera. at
 ille supinus membra etiam nuda lubens pulsan-
 da præbuit, modo vestibus sanctis parcerent.
 Tanti ille iam tunc fecit cucullum, quẽ heri na-
 tus ridet hodie hæreticus, Cæterum collum pe-
 dẽmque cõmunibus cum nescio quo scelerato
 vinculis ligatus dies noctesque velut Hilaria in-
 ter cantus solennes traduxit, ut iam ad se Cæli-
 tes etiam raperet pontiñicali maiestate & inso-
 lito splendore insignes, quos inter visus est vnus
 aliquis odoribus (ah! qualibus?) Martyrem ve-
 nerari. Igitur post altera virgarum clauæq; ver-
 bera, post tibias fractas aliãque supplicia tan-
 dem cum XL. socijs Martyrum torque, laqueo,
 est donatus. *Ex Syria.*

MBA

Monstra te esse

Monstra te esse



S. CLEMENS E. M.

Quisquis gaudes fortiter egisse Martyres
Christi, corripe & ipse arma inter milites Chri-
sti. defunt exterius hostes? verte arma in te, &
multos seditiosos inuenies ciues. Doma super-
biam, iugula inuidiam, extingue libidinem, cru-
cifige carnem tuam cum vitijs & concupiscen-
tijs. B. P. Damian. serm. 31.

Desiderium pro Christo patiendi.
Pro Catholicis inter Hæreticos.

XXIII. IANUARIJ.

Triumphavit CLEMENS Præsul Ancyranus sub annum CCCIII. quando sub sacrificiū (ad quod aliàs Cælites illi panem & vinum ministrarunt) ferro cecidit. Rarò tam splendide in cælo est triumphatum. Lictores labore fessi victique innumeri præcessere. Acti ante currum tyranni, Domitianus, Diocletianus, Maximianus, alijsque non vnâ pugnâ deuicti. Præferebantur virgarum, flagrorum, funium, catenarum, fustium, taurearum, securium, saxorum bene magnus numerus. Hinc culei, equuleique & obelisci sequebantur. Inde è ferro manus, galeæ, styli, subulæ, vngulæ, laminæ, pectines, rotæ, grabati, fornaces, omnia à flammis ignea. Ostendebantur adhæc picis, olei, sulphuris liquati & viæ calcis vis ingens, maior minarum tyrannicarum, multò maxima blanditiarum, opumque frustra promissarum. Visebantur ergastulorum carcerumque simulachra. Ipsam mare captiuum ducebatur, & præter alias deuictas vrbes Ancyra, Nicomedia, ipsa adeo Roma gerebatur & triumphata triumphos suos erubescerebat. Currum leones (pedes etiam triumphantis lambere edocti) trahebant. Hunc secuta innumera turba est pilcata, omnes è Deorum seruitute in Christianam libertatem CLEMENTIS virtute asserti. Tot cæli ciues seruati totidem Seruatori suo coronas porrigebant. addidit cælum triumphalem, Angeli plausum, & carmina. Nos ignaui triumphos laudamus, & pugnas horremus. *Ex Oritio.*



Nihil aliud, qui conuersaris in sæculo, exigit à
 te Deus, quam vt mandata illius custodias, pro-
 ximum diligas, & pauperibus alimoniam præ-
 bees: Eroga igitur inopiam patientibus, quod ti-
 bi præstitum est, vt in cælo recondas thesauros
 imprædabiles. *B. Laur. Iust. de complanct. Christ.*
perfect.

**Liberalitas erga pauperes.
 Pro diuitibus auaris.**

XXIII. IANVARI.

CUm annum ageret XV. IOANNES, Misericordia diuina manifestâ in luce Sponsa se ei obtulit. Annuit continuo. Et ratum coniugium Superi habuerunt, dotemque adderunt tam opulentam, vt semper deinde haberet, quod in egenos effunderet. Archiepiscopiam Alexandrinus lustrum egit clientum suorum, hoc est, pauperum, numerauitque septimille & quinquaginta, quibus omnibus deinceps in singulos dies victum subministravit. Sed nec vlli alij piam manum vnquam subduxit; merito id certaminis cum DEO suscepisse sit visus, plusne hic dare, an reddere ille posset. Munificentiam vel ex eo vide, quod vltimum egentanti vnicus super teruncius fuerit vix nauulorum morituro. Ipse in testamenti sui tabulis reperit ingenuè se fatetur in arario auri pondo octumille, & hæc decies millies & amplius aucta dilapidasse se in pauperes gloriatur. Anno igitur DXCII. è corporis ergastulo in palatium abiit, quod piæ ipsius munificentie structum in Cælo Troilus vidit, & verò inuidit postea, cum tantæ bonæ prodigalitatæ æmulus est factus. Venientibus obviam IOANNI sua è cælo Sponsa processit celestis aulæ cubiculario comitata, manûque peramanter prehensum ad Dei conspectum deduxit. Ipse IOANNES nec mortuus sibi dissimilis, oleo, quod è tumulo suo dedit, in misericordiam miseris esse perrexit.

In Suris.



S. ILDEPHONSI CONSVS: EP.

Talis fuit Maria, vt vnus vita omnium disciplina sit; Si igitur autor non displicet, opus promemus; vt quicumq; sibi eius exoptat præmium, nitetur exemplum. *S. Amb. de Virg.*

Amor B. Mariæ V.

Pro eiusdem Sodalibus.

XXIII. IANVARI.

Debemus hoc sidus (ILDEPHONSVM) Hispaniæ, in qua ortum ad nos vsque (vixere solet Virtus) radios transmisit. Inuentam egit in Musarum familiaritate, quibus propitijs magnam Eloquentiæ laudem sibi comparauit. Ab his in adyta sanctioris Sapientiæ penetravit, sustinuitque inter Monachos repute rascere grandis Discipulus. Ab his ad Insulam Toletanam abstrahitur tam Orbis quam Cæli amor. Et hem tibi eius rei vnum alterumue testimonium. Precanti Angeli tumbam S. Leocadiæ recluserunt, & Diua ipsa flammæ tum suam obtulit; vnde ille abscissam partem vnâ cum Regis Recesvindi cultro & ipso tam Sancti velaminis tactu iam sancto, argento inclusit.

VIRGINEM MATREM principe semper studio coluit, eiusque SS. integritatem insigni volumine contra hæreticos edito propugnatum iuit. Ne gratis. **ASSUMPTAE** siquidem in cælos die, cum supplicabundus cum suis templo proximus iam esset, Cælitum manus fores pandit, & Virgine inter **VIRGO MAXIMA** in sede Pontificali conspicua, eidem vestem mirifici candoris donauit. **La** hodièque religiosè asseruata, docet, quo filios suos Magna Mater vti vestis, aut certè animi colore cuperet.

Ex Syria.

Mater misericordie.



S. BABYLAS E. M.

Si vis ad perfectionis fastigium prouehi, amodo
necesse est, in cunctis virtutum studijs exer-
ceri, videlicet dum ætas tua cerea est, dum mo-
res teneri in quamlibet partem valent indiffe-
renter adduci; cum ipsis corporalibus incre-
mentis coæua virtutum exercitia coalescant.
S. Petrus Dam. l. 6. Ep. 26.

Oblatio sui.

Pro impatientibus disciplina:

Evm ego triumphum laudo Divorum
 quem non solum ducunt in Cælum, sed cui
 comes servata Iuventus ambulat. Talem
 hodie BABYLAS duxit. Fortè templo se Antie
~~stis~~ inferre Decius properabat; cum aduentan
 ti BABYLAS Antistes se obiecit, & pro ea, quæ
 erat Christianâ libertate, cani Tyranno aditum
 interclusit. Hic in rabiem versus, templum fer
 ro flammisq; excindi, BABYLAM iubet in car
 cerem abripi. Ecce autem nobilissimam vincu
 lorum Magistri appendicem ter geminos ado
 lescentulos (VRBANVM, PRILIDIANVM & EP
 POLLONIVM dixere) lectissimos flosculos, & quo
 mellitissimis verbis pridem sibi Magister BABY
 LAS conciliârat. Poterant hi in ruborem etiam
 Spartam dare, tam forti animo vel alapas de
 vorabant vel plagas concequebant, quæ cum
 pro numero annorum singulis ingererentur,
 dolere scilicet, non Pyliam sibi ætatem esse.
 Stabat inter hæc egregius Doctor, oculosque
 discipulorum virtute pascebat, animisque iden
 tidem animos de suis addebat. Quid multis?
 ferro omnes cæsi, & Magister discipulis, discipu
 li Magistro sunt immortui. Tam mordicus, se
 mel virtute Magistrorum capta Iuventus la
 teri eorundem hæret. Cæterum BABYLAS vin
 cula nec mortuus dimittere, sed in tumultum
 asportare voluit, id quod erat, ratus, nullos
 expeditius ad cælum pedes currere,
 quàm vinctos pro cælo.

Ex Suris.



CONVERSIO

S. PAULI.

Sicut modo nemo est, qui reconciliari non
 possit, ita post paululum nemo, qui possit; Noli
 ergo contemnere Dei misericordiam, si non
 sentire vis iustitiam. *S. Bernard serm. 1. in Epiph.
 Dom.*

Matura conuersio.

Pro conuersione peccatorum,

XXV. IANVARIU.

ANANUS, qui post CHRISTI ad Superos reditum erat secundus, idem secundissimus SAVLO fuit. Hoc enim ille, personam feliciter positam, PAVLUM induit, adnitente potissimum apud DEVM D. Stephano, non minus tum in caelis, quam terris olim pro hostibus suis pie sollicito. Ibat SAVLVVS minarum plenus, & in vincula ipsam (si Superi sinerent) Fidem tracturus; cum ecce tibi subita ab alto vis fulgorque audaciam attonito omnem excutit, & feroces humi spiritus cum Domino suo affligit, simul vox istiusmodi caelo intonat: *Saule Saule quid me persequeris?* mox sciscitanti: *quis es Domine?* responsim redditur: *Ego sum IESVS Nazarenus quem tu persequeris.* Atque haec demum vox illam nobilissimam expressit: *Domine quid me vis facere?* Ergo Damascum conferre se iussus, eò a comitibus & ipsis rerum gestarum miraculo stupentibus abducitur. Ibi triduum apertis oculis caecus ac ieiunus ab Anania demum & oculorum, & quod caput est, Fidei donatur lumine. Hoc ille deinceps per omnes provincias circumferens tot Gentibus accendit, ut rem mihi attentius consideranti vnus quidem hodie cecidisse PAVLVVS, ceterum surrexisse cum PAVLO totus orbis videatur.

Ex Act. Apost.

Accende lumen sensibus

MRA



S. POPPO CONF.

Ornari abs te Diabolus quærit. & Calicem aureum inuenisses in terra, donares illum Ecclesie Dei: accepisti à Deo ingenium spiritualiter aureum, & ministras inde libidinibus, & in illo Sathanæ propinas teipsum. S. Aug. Ep. 41.

Studium Perfectionis.

Pro abutentibus Ingenio.

XXV. IANUARI.

Videtur Poppo ad gloriam paternam bel-
 licasque laudes ab ipso Matris vtero pro-
 perasse. Etenim iam tunc latere respuens
 septimo statim mense in lacem, mox vbi per æ-
 tatem licuit, ad bellum prodijt. Pietatem tamen
 comitem secum traxit, & subinde ad vestigia
 Christi Ierosolymam, alias Romam ad Principis
 Apostolorum limina inuisit. Redux, dum nu-
 ptias easque illustres cogitat, iamq; ad has equo
 properat, cælesti luce se animumque atque adeo
 hastam etiam suam fulgere animadaertit. Inde
 omen auspiciumq; melioris militiæ capit & sa-
 cramentum apud monachos dicit. Inter tyro-
 sinij tempora cum fletu alios inundari, ipse pu-
 mex, videret; saxo è pectore fontem oculis sta-
 tuit petere. quòd factum postea tam abunde, vt
 pauimenta & vestes sacrificantis fletu mader-
 rent, interque cœnulam plus videretur lacrima-
 rum quàm aquæ bibere. Magnatibus etiam fa-
 miliaris pacem inter Conradum Imp. & Henricum
 Regem sanxit. Venenum non semel inno-
 xius bibit, illis morientibus, qui miscuerant. pa-
 storem à lupo laniatum vitæ & gregi reddidit,
 dæmonem ludicrâ alapâ fugauit. Moritur deni-
 que cilicio incumbens terramque matrem pro-
 no pectore deosculans. Mortuum sex dies odor
 mirissimus laudauit suauissimusque; tumula-
 runt inter homines visi Angeli; sepulchrum
 verò ingentia miracula ornarunt.

Ex Særio.

Tulnera cor meum

ARA

IES

B HENRICVS S'VSO C.

Tristatur aliquis? veniat in cor eius IESVS, &
inde saliat in os, & ecce ad exortum nominis
Iumen, nubilum omne diffugit, & redit serenū.
Labitur quis in crimen, currit ad laqueum mor-
tis, nonne si inuocet nomen Vitæ, respirabit ad
Vitam? S. Bern. f. 15. Cant.

Inuocatio SS. Nominis IESV.

Pro tentatis & afflictis.

XXV. IANVARIJ.

HENRICVS SVSO Constantiæ in D. Domi-
 nici familiam adlectus simulq; à IESV in
 adyta Amoris inductus IESV Nomen pe-
 ctori inculpsit ingeniosus cælator. Digitales
 erant literæ, quæque ad cordis motum & ipsæ
 mouebantur, vt cum hoc dudum conspirasse,
 idemque vtrobique agi scires. Interea inter do-
 lores deficientem alterum & è cælo lapsum no-
 men IESV è cruce auro gemmisque rutilans re-
 creauit. Et cur à Filio Mater abesset? MARIAM
 salutare ante Solem gestiebat, tunc præsertim,
 cum idem facere Angelos audiisset, illis verbis,
stella MARIA maris. hodie processit ad ortum:
 quandoque etiam ad cantus illos socius admis-
 sus. Iam Kal. Ian. & Maij, quibus Sueuia vel Xe-
 nijs vel cantu certat, ille totos dies IESVM & MA-
 RIAM sonare, flores Cruci dare, hanc osculis fa-
 tigare; vt post tot amores manifestus iterum
 IESVS HENRICI nomen in AMANDI mutarit, &
 MARIA (cuius solo nomine in fugam Orcum
 dabat) humana nauseanti cælestem liquorem
 propinarit. Cæterum (mecum mirare) hucusque
 in primo gradu Virtutis consistere AMANDVM
 suum. Christus docuit & Seraphinum alatum
 in cruce sua indutus docuit per aduersa non
 ire, sed volare in cælum. Abhinc scortator, sa-
 crorum fur, impostor, Veneticus audiit AMAN-
 DVS, vt succumbere potuisset, nisi IESVS & MA-
 RIA Angeliq; colloquijs suis identidem firma-
 sent. His succollantibus in cælos euasit, anno
 M C C C L X V. qui sequi volunt, legant scan-
 dantque *Ripes* quas scripsit. *Ex Ann. Ord. Prado*



Quomodo tu hodie in mundo constitutus
 & cras tribunali Dei præsentandus audes blasphemiam proloqui? & non metuis ne forte ignis de cælo descendat & te deuoret; tuum os aduersus omnipotentem aperis, neque vereris ne terra sub te dirumpatur & te absorbeat? S. Ephrem paran. 83.

Correctio blasphemantium.
 Pro aleatoribus.

XXVI. IANUARI.

Antistes Smyrnenſibus POLYCARPVS
 Diuo Ioanne Apoſtolo datus eſt. eâ apud
 omnes fuiſſe auctoritate memoratur, vt
 ſubinde ſperare auſi ſint Iudæi, Chriſtianos, miſ-
 ſo Chriſto, POLYCARPVM ſecuturos. libertate
 quàm Chriſtiana in dicendo fuerit, argumento
 ſit eius cum Marcione Hæretico congreſſus, qui
 cum ad conſpectum ſuum exhorreſcere Diuum
 videret, audaciâ linguam armante, *Noſce nos*
 ait, *amabo*. At POLYCARPVS, vultu ad ſeuerita-
 tem compoſito, id tantum reſpondit, *Noni equi-*
dem Primogenitum Sathana. Cæterùm Romæ
 cum degeret, diuinitus de morte ſua edoctus li-
 & toribus obuiam progreditur. Sub pugnæ initiâ
 voce è cælo animatur, iamque Chriſto malè
 iuſſus dicere: qui, inquit, malè illi poſſum dice-
 re, qui ipſos LXXX. annos famulanti ſibi malè
 nil fecit vnquam? Ergo ad rogum damnatur.
 Sed virtutem ipſe abſoluit ignis, dum tangere
 veritus ſtructâ velut è flammis porticu ambit
 innocentem, nec iam lædit, ſed regit, ſuauiſſi-
 mum interim in adſtantes odorem eiaculatus.
 Ad extremum gladio confoſſus ſanguine ignem
 extinxit, nobili nimbo, & quem vel ſuis
 imbribus cælum præfert.

Ex SERMO.



Tene sobriam religiosi virtutibus discipulus
 namque tibi vel oratio assidua, vel lectio; nunc
 cum Deo loquere, nunc Deus tecum; ille te præ
 ceptis suis instruat, ille disponat: quem ille diuina
 rem fecerit, nemo pauperem faciet. *S. Cypr. Ep. 24
 ad Don.*

Lectio spiritualis.

Pro legentibus libros impudicos

XXVII. IANUARI.

CHRYSOSTOMVM laudibus suis pingat alter
 Chrysoſtomus; nos vmbraſſam damus. Non-
 dum Pontifex Byzantinus erat IOANNES,
 cū in eius conſpectum ſe dedit Apoſtolorum
 Princeps D. Ioanne Euang: comite, & ſanctioris
 potēſtatis ac magiſterij indices claues illi ac li-
 brum obtulit. Et verò quid mirum, ſi hoc Do-
 ctore etiamnum Orbis gaudeat, qui præcepto-
 rem magum Paulum, imò eundem cum Paulo
 Magiſtrum Spiritum S. habuit? Nam hunc ob-
 uolitantem capiti ſuo, dum ſacris operaretur,
 conſpexit ipſe; illum, dum ad menſam ſcriberet,
 aſſiſtere diſtanti ſimilem alij etiam viderunt.
 Talis itaque IOANNES cū vrbe ſuā hæreticos,
 & cum his vitia alia, ac blaſphemiam imprimis
 proſcriberet, ſanctæ libertatis vindex acerrim⁹,
 æ qui iuſtque vnicus amator in odium Augu-
 ſtæ Eudoxiæ incidit: nam IOANNES imperij ſui
 etiam in Reges memor templi aditu grauib⁹
 ex cauſis profanam prohibuerat, & in ſtatuum
 eius, quæ propter Templum choreis ludisquē
 nō ſanctis colebatur, grauiter detonauerat; iam-
 que ſecundū exul in meliorem patriam cæ-
 lum abiit, ad id à geminis, quos ſupra memora-
 uimus, Apoſtolis & D. Mart. Baſiliſco inuitatus,
 ſiluit itaque aureum hoc os anno poſt re-
 paratam ſalutem ſeptimo ſupra
 quadringenteſimum,

Ex Suriō.



Cur pudet peccatum tuum dicere, quem non pudet facere? aut cur erubescis Deo confiteri, cuius oculis non potes abscondi? Quòd si pudor tibi est, vni homini & peccatori peccatum tuum exponere, quid facturus es in die iudicii, vbi omnibus exposita tua conscientia patebit? *S. Bern. in serm.*

Seria pœnitentia.
Pro incontinentibus.

XXVIII. IANVARIY.

HOminis, mīlector, speculum cape & peccantis & pœnitentis, IACOBVM inspice.

Hic postquam Anachoretēs XL. omnino annos DEO militauit, miranda maxima patrauit, trophæa de hoste inferno statuit plurima, id ætatis vir à fœmina demum triumphatur, & ab ea fœmina, in qua ipsum cacodæmona nō horruerat, imo è qua victum eiecerat. Huic itaque infælix primò pudorem, mox vitam extorquet. Et verò tertium scelus accumulasset desperabundus, & victum se mundo dedidisset, nisi à tam turpi fugâ sanctissimi viri operâ DEVS retraxisset. Tum enim uerò ad se redire IACOBVS, sepulchrum uiuus subire, mortem suam uiuus deflere in decimum annum vsque: cælo interim oculos nunquam attollere, vix semel aut iterum in hebdomade de herbulis vesci, quæ ad ostium conditorij erent. Ipse certe Apostolus peccato mortuum dixisset. Sed nunquam pulchrius ille vixit, quàm sic mortuus. Nam supplicijs his spontaneis placatum Numen disertis verbis ex Episcopis nonnemi signficauit, beatum imbrem, quem tam anxie sed necquicquam postulabant, non nisi ad preces IACOBI concedendum. Atque hoc alijsque eiusmodi miris cum iterum Orbi innotuisset, mori denique desijt

annos natus LXXV. habuitque nouo mo.

re ynum idem & domicilium & se.

pulchrum. *Ex Ser.*



Si non vales pro Deo mortem subire, vales
 tamen vitam Deo placabilem ducere. Magnum
 quippe est mori pro Christo; sed non est inferius,
 vivere Christo. Non potes sanguinem fundere,
 potes temetipsum pœnitentiæ telo percutere,
 & in cordis contritione mactare. *B. P. Dam. f. 33.*
 Perfectio Christiana.

Pro civibus huius vrbis

XXIX. IANUARI.

Nobilissimis Parentibus ortus est **CON-**
STANTIVS; opulentam hæreditatem his
 demortuis aditurus, nisi alios succedere
 sibi hæredes viuis voluisset; Inopes scilicet a stem
CO NSTANTII abstulere. At hic Insulam Perusi-
 nam paulò post tulit. Quia vero geminis cæcis
 curatis oculos multorum Ethnicorum, M. An-
 tonini quo, aperuit; post crudeles verberum cru-
 ciatus in bulliente ab ignibus balneo plagas sci-
 licet iubetur abluere. Verùm sub noctem illuc
 quoque de cælo lumen affulget, fideique lucem
 custodibus accendit. Ijs auctoribus fugam capit,
 sed retractus, qui prius aquas, nunc in prunis
 ignem triumphat. Amissus proinde sed tertium
 iam captus atrocissimè cæditur, mollissimè cu-
 ratur ab Angelis, à tyranno denique capite ple-
 ctitur. Funus eius Cælites curarunt, cantúque
 tres dies celebrarunt; dum Leucianus diuino
 monitu eam curam in se reciperet. Id dum fit,
 & duo à sibi alieni funus rident, oculos amit-
 tunt, dum lugent, recipiunt. Sed & alijs duobus
 pulsâ oculis nocte lux redijt, vt suum iam om-
 nes in **CONSTANTIO** solem agnoscerent, qui
 diem oculis, vt luberet, vel auferret,
 vel ferret. *Ex Suriq.*



Exergiscere o homo & dignitatem tuam co-
gnosce naturam; recordare te factum ad Imagi-
nam Dei; utere quomodo utendum est visibili-
bus Creaturis, & quidquid in eis pulchrum &
mirabile est, refer ad laudem & gloriam Con-
toris. S. Leo. f. 7. de Nat.

Eleuatio mentis in Deum.

Pro Monialibus

Etsi Numen amore omnes omnino animas depereat, fatendum tamen est, non raro etiam illustres ceras apud homines quaesisse. Ita ADELGVNDEM e regia Gallorum stirpe oriundam vox caelo allapsa iussit vni Agnostum thalamum seruare; palmam interim & veste longè nitidissimam arrhae loco datis. Ad id ipsum cum Angelus etiam Tutelaris palam visus hortaretur, mater interim iam telam in sindones nuptiales offerret, eam Neophytos illa vestijt: mox à morte matris, concubina nocte, ad suas nuptias in eremum euolauit, castoq; flammæ ab Amando Episcopo (quem magno postcoruscum splendore caelo inter Caelites vidit subire, inuolura est. Cæterum quo die noua nupta dotem suam vel in templa vel pauperes dispersiuit, etiam has nuptias probaturum Numen aquam bibenti in vinum vertit. Sed illa, vt pulchriorem se Sponso suo probaret, multis precibus Carcinoma, velut formæ pigmentum, à caelo extorsit. Vltimum ægia cum e manu D. Petri manna gustasset, nauseauit abhinc omnes humanos cibos. Eo igitur à Cælitibus aduentantibus & inter hos augustissima cæli REGINA deducta est, vbi illis delitijs quotidie

frueretur. Ex SUR,

& Lipeloo.



Quando te à lectione rerum spiritualium
 abhorre videris, admonitionesque spiritua-
 les fastidite, tum animam tuam in grauem
 morbum incidisse noueris. *B. Ephrem t. I. con. da
 vna spiritali.*

Affectus erga exercitia pietatis,

Pro fastidientibus verbum Dei

XXXI. IANUARI.

CHorum in Ianuario claudat Mulier, sed
 quæ virtute vitæque constantia certare &
 inuidiam facere viris possit, quàmque san-
 ctior Roma profanæ illi vnicam contra omnes
 Heroïdes possit opponere. MARCELLA est Ro-
 mani sanguinis & patricij Matrona, eodẽ anno,
 quo nupta, etiam vidua, exhorruit deinceps tam
 mortalibus nubere. Nec tamen Mater non fuit.
 Certè filios multos numeravit, quamuis paupe-
 res. In hos prodiga ex auro & fortunis omnibus
 vnum sibi reliquum annulum fecit. Domo
 pedem aut nunquam, aut in templum exulit.
 Religiosæ vitæ viam suo in sexu princeps præ-
 iit Romanis; tam illustre exemplum innumerã
 exinde multitudine sequente. Porro precibus as-
 siduè vacabat; vestitu utebatur modesto admo-
 dum; corpus perquam duriter habebat, tota in
 diuinis commentandis. Irrumpentem, qui Ro-
 mam obsederat, hostem, imperterrita domo suã
 accepit, verberaque ac flagra Spartanã tulit no-
 bilitate, id vnum sollicita, quæ Virginis Princi-
 piæ, quam secum habebat, pudori consuleret. Is
 vbi extra periculum iam stetit, lubens ac volens
 inò læta à militibus ad D. Pauli abduci se passã
 est. Ibi paucos post dies mortem, quam cæ-
 teroquin viri etiam horrent, foe-
 mina risu excepit. Ex

S. Hier.

FEBRUARIUS

- 1 { S. Ignatius Ep. & Mart.
S. Ephrem Diaconus.
S. Brígida Virgo.
- 2 PURIFICATIO B. MARIAE V.
- 3 S. Blasius Ep. Mart.
- 4 { S. Rembertus Episcop.
S. Theophilus Pœnitens.
B. Christianus Monachus.
- 5 { S. Agatha V & Mart.
BB. Martyres Iaponij.
S. Berthulphus Conf.
S. Gelasius Conf.
- 6 { S. Dorothea V. & Mart.
S. Amandus Ep. & Conf.
S. Brynolphus Episc.
- 7 { S. Theodorus Mart.
S. Parthenius Episc.
- 8 S. Marina Virgo.
- 9 { S. Apollonia V & Mart.
S. Ansbertus Episcop.
- 10 { S. Vilhelmus Eremita.
S. Austreberta Virgo.
- 11 S. Victoria Virg. Mart.
- 12 { S. Antonius Episcop.
S. Iulianus Confessor.
- 13 { S. Martinianus Conf.
S. Iordanus Conf.
- 14 S. Auxentius Abb.
- 15 { SS. Faustinus & Iovita MM.
S. Sigefridus Episc.
S. Severus Presbyter.

- 16 { S. Nicephorus Mart.
S. Juliana V. & Mart.
- 17 S. Sabinus Episcop.
- 18 S. Helladius Episcop.
- 19 { S. Auxibius Episcop.
B. Conradus Eremita.
- 20 S. Eucherius Episcopus.
- 21 SS. Mauritius & soc. MN.
- 22 { S. Petrus Damianus Cardin. Epi.
S. Margarita Pœnitens.
- 23 { S. Lazarus Monachus.
B. Nicolaus Confess.
- 24 S. Matthias Apostolus.
- 25 S. Therasius Episcop.
- 26 S. Porphyrius Episcop.
- 27 SS. Andronicus & Athanasia Coniuges.
- 28 SS. Romanus & Lupicinus Conf.



Electuarium habes reconditum in vasculo
 vocabuli huius, quod est IESVS, salutiferum cer-
 re, quòdque nulli vnquam pesti tuæ inueniatur
 inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in ma-
 nu; quòd tui omnes in IESVM sensus dirigantur &
 actus. *S. Bern. S. 15 in Cant.*

Inuocatio Nominis IESV.

PRO Societatis IESV Gymnasij.

I. FEBRUARIJ.

IGNATIVS ex Ioannis Apostoli schola docilis
 oppidò discipulus tam altè in pectus suum
 demisit IESV amorem, vt hunc vnum loqui
 lingua, hunc vnum dictare animus sciret, illud
 vnum deniq; in delicijs ei verbum esset, *Amor
 meus crucifixus est.* Certè quòd hunc vbique præ
 se ferret, gloriosum Theophori nomen repor
 tauit. Illud quantum amantis animi robur fuit,
 cùm sanctè audax omnia tormenta, omnes
 mortes vnus vnicus prouocare in certamen
 non dubitauit; cùm ad bestias damnatus, labo
 rantibus ex hostili manu eripere Præsulem suū
 Christianis solus nimirum ipse intercessit. DEI
 amore obtestatus, ne ad coronam currenti ob
 sisterent. Et verò prægustasse, cùm Romam iret,
 ferarum rabiem sibi ipsi visus est, in X. militi
 bus, qui custodiæ causâ additi, vsque ad eò ho
 minem exuerant, vt familiari ioco Leopardos
 eos vocitârit. Iam caueis emissi leones horren
 do rugitu theatrum compleuerant, & ecce
 IGNATIO piè adhuc ludere placuit, Frumentum
 CHRISTI se distitabat, gestire molaribus bestia
 rum commoli, quò delicatus panis Superflua
 mensæ apponeretur. Sed hem maius tibi mira
 culum! Elidunt fauces IESV suum in clamant
 ora crudelia: tacere lingua cogitur *Amores*
 suos; quid expectas? frustra silentium linguæ
 imperatur, vbi cor est eloquens. In hoc siquidē
 disertis literis exaratum repererunt familiare
 illud Linguæ IESV nomen; breue quidem tam
 angusti monumenti sed longè pulcherrimum
 Epitaphium. *Ex SUR. & Metaphra.*



Si Deus tecum non est per gratiam, adesset per
 vindictam: sed vae tibi si ita tecum est; Imò vae
 tibi, si ita tecum non est; illi namque irascitur
 Deus, quem peccantem non flagellat: nam
 quem flagellando nō emendat, in futuro dam-
 nat. *S. Bern in medit. c. 6.*

Examinatio Conscientiæ:

Pro reticentibus peccatā in Confessione.

I. FEBRUARI.

Forte fortuna EPHREM puer in buculam offendit foetu gravidam. Hanc ubi crebra lapidatione confecit, dominum insuper eius obuium & perquam amicum de boue rogitatem conuitijs oneratum dimisit. Haud multo post cum eandem viam relegeret, deprehensus a tenebris, mapalibus vicinis successit; noctu cum lupi gregem diripuissent, pastores damnum furibus adscripserunt, & Ephremum velut proditorum vinctum ad Praetorem abduxerunt. Hic ille inter longam carceris mortem cum menses aliquot exegisset, a tutelari demum Angelo, reuocata in memoriam buculam, edoctus est, errare quidem hominum subsellia posse, sed non DEI etiam tribunal; ut quod de vero crimine iustissimas quandoque sub alienae culpae nomine poenas exigit. Itaque cum exiturum se mundo vouisset, si carcere liceret, paulo post voti damnatus in Eremum contendit; illic cum protriti pudoris foemina insidias Castitati eius tenderet, & innocentem animum ad infanda pelliceret; EPHREM pie callidus non difficile se fore adsimulauit, si in frequenti foro facinus patrare animus ei esset. Erubuit quamuis impudens prostibulum, & an, inquit, in oculis omnium peccare non vereberis? Tum enim uerò ille; & tu adeo frontem exues, & ubi ubi fueris, illum omnia videntem caeli *Oculum* non exhorresces? Audiuit, resipuit, & *Oculum DEI* deinceps semper in oculis suis mulier habuit. Utinam cum illa nos etiam! minus anguli peccarent, *Ex Metaph.*
& Baron.



Ira vincitur lenitate; mansuetudine extinguitur furor; malitia bonitate palpatur; crudelitas pietate prosternitur; impatientia patientiâ punitur; contentio superatur iniurijs; superbiam humilitas sternit: qui ergo vult vitia vincere, pietatis arma teneat, non furoris. *S. Pet. Chrysol. f. 38.*

Mansuetudo.
Pro iracundis.

I. FEBRUARII.

VNnum sed maximum miraculū BRIGITTAE tota vita fuit. Omnia cū in miseros erogaret, nihil tamen ex omnib. desiderabat. Sed neq; post furta quidquam decedere visum est de grege, quem pascebat; imō huic Aper ferus accedere & innoxius inter armenta agere. Vulpes quoque feritatem ponere iussit, ut eandem Rex poneret, qui hominib. quod aulae delicias vulpem alteram imprudens occidisset, necem parabat. Iam aqua in Ceruisiam, lapis in salem versa, pauperum subsidio. Porro oculos procorū ut Virgo effugeret, id lacrimis à Deo impetrauit, ut oculi scēdum effluerent. Sed sic Christi oculis illa placuit, in cuius manum cū inter velatas Virgines conueniret ad Aram, Ara, quō florem BRIGITTAE laudaret, frondere visa, oculisque decor suus redire. Sed & alijs oculos restituit. Ex his Virgini ita volenti cæcitatem denuo exorauit; cū supplicium hæc crederet non videnda videre, diceretque tunc etiam cū videret, nihil se in toto Orbe vidisse. Felicius linguam alijs soluit. Ita mutam ad eum diem vsque Virgunculam manu molliter prehensam tam diu rogauit, num Christo nubere vellet, dum velle se respondit, rectissime primū linguā vsa. Cū deinde femina infamis infantem edidisset, parentem Episcopum Broonem mentita; linguam crucis signo à BRIGITTA signatā in patrociniū ipse Infans soluit & contra Matrem testimonium dixit. Tacebimus igitur nos. BRIGITTAM rectius hic Infans laudabit. *Ex Sm. & Lipelæ.*



PURIFICATIO B. M. V.

Mariam o fidelis anima imitare; ut enim spiritaliter purificeris, & à delictorum valeas emundari contagijs, in templum cordis tui ingredi, & Deo per orationis studium ac contemplationis otium vacare contende. *S. Lant. Inst. ser. de Purif.*

Mundities Cordis,

Pro Cultoribus B. MARIE V.

II. FEBRUARI.

IBat dies à partu VIRGINEO quadragésimus, primus quo Terra dignum aliquando Cælo donum offerret. Gestabat hoc præ pectore Virgo nuper, nunc geminâ felicitate Mater Virgo: latus Iosephus claudebat, Virgo Virginis Virginem gestantis comes. Gerebat illa munus in sinu, iste in oculis; arridebat euntibus Cælum, & spectatores Ciues suos plenis agminibus effuderat; exiliebat lætitiâ Tellus, & ad singula pedum vestigia singula fundere lilia gestiebat: cùm interim iam Hierosolymam, iam templû pompa ingreditur, & obuius adest felix ille longâ ætate senex, felicior aspectu Seruatoris futurus, felicissimè in Vitæ amplexu vitam positurus. Ergo in genua procumbit Virgo purissima, donûmque Cælo dicat, quo nec Terra dare, nec cælum expetere maius poterat. Quid hîc dicam? parce nimiùm Mater prodiga. Poteras charum Pignus à pectore auellere? poteras alienis manibus vnicum Filium concedere? & talem Filium? & tu, ô Puer IESV. suauissime, poteras abire sinu tam dulci? poteras alijs vllis quàm Matris in vlnis delitescere? Ite nunc parentes auari, qui DEO negatis prolem, Orco datis: ite molles filij, qui pluris auocantem patrem, quàm DEVM vocantem, pluris vnâ matris lacrimam, quàm omnem IESV sanguinem facitis ingrati; ite & vtrique ætatis florem discite non Mundo, sed templis, sed aris, sed Deo dicare. *Ex Histor.*

Euangel.



Sine ferro Martyr esse poteris, si patientiam
 in animo veraciter conseruaueris: Non pacifi-
 cus consortium non merebitur Angelorum; Li-
 uidus & iracundus erit particeps Dæmoniorū.
S. Bern. de Mod. bene Viv. c. 40.

Reconciliatio Inimicorum.

Pro detractoribus alienæ Famæ.

III. FEBRUARI.

BLASIVS Sebastienus Episcopus in montem Argem secessit, inde velut ex specula Gessi suo aduigilaturus; vbi feras ad omne genus officij obsequentes habuit; fuitque tam sedulae seruitutis stipendium bene precari statim tempore confluentibus. Subinde cum indagine mons cingeretur, nobile venationis auctarium Blasius accessit. Dum ad quaestionem rapitur, non paucis salutem attulit, inter quos filium memorant vnicum vnicè matri suae dilectum, cui de pisce spina fauces obsidens loquelam iam eripuerat, vitam etiam ereptura, nisi prior eam è gutture Blasius rapuisset. Atque hoc est, quèd à Maioribus edocti simili in periculo similem Diui opem hodièque imploramus. Cæterùm ab hominibus ad feras, non à feris ad homines diceres migrasse, ita barbarè ab Agricola suo secundùm acceptus est. Eius sanguinem cum septem matronæ legissent, ipsæ quoque verberibus laceratæ, in candidissimæ Innocentiæ testimonium non nisi lac per vulnera egresserunt, quod tamen ipsum mox capite truncatæ pulchrè sanguine miscuerunt. At Blasius undis, quibus mergendus erat, ancillantibus vsus, lacum primò non aliter ac ponticæ perambulauit, dein velut fessus molliter in medio aquarum confedit; haustis interim vortice LXXIIX. viris, qui Deorum suorum fiducia idem agere tentarant. Tandem cum geminis vnus ex septem, de quib⁹ dixeramus, matronæ filiolis, lictori ceruicem præbuit. Quibus è vulneribus plus gloria quàm sanguinis manauit. *Ex Syria.*

MRA



Auelle à Sole Solis radium, & nō lucet; mem-
brum à corpore, & putrescit: se para Filium à de-
votione paterna, & iam non est Filius, sed frater
& Collega illorum, de quibus dicitur. Vos ex
Patre Diabolo estis. *S. Pet. Chrysol. in serm.*

Obedia erga Parentes & Superiores,

Pro immorigeris & contumacibus,

IV. FEBRUARII.

Tantum REMBERTVS apud Deum poterat, ut Sacerdos piacularibus flammis addictus eum patronum expeteret: ut minus mirere, si, quod in infernos ignes habuit imperium, Antistes Bremensis factus in eorum etiam iniquum malum Genium exercuit. Insederat hic Carolum Crassum postea Imperatorem, vniuersoque regno & Ludouico Patri luctuosum dederat spectaculum. Frustra per Diuorum tumulos circumducebatur, frustra carmina deuotoria adhibita, donec REMBERTVS laruis Filium, & Patrem solitudine liberauit. Carolus memor bello nuper Patrem se petijisse, fastus ingenuè est; non tunc primum se Diris esse agitarum, sed quoties infestandi Patris consilia cepisset; ut intelligant, qui in Parentes insurgunt, quo consiliario rem gerant, quin imò iam animos Orcino hospite possideri, quibus amor in parentes est pulsus. Cæterum REMBERTVM Patrem pauperes suum iam dudum vocabant, ut qui in eorum usum loculos semper circumferret. Certè in captiuos non suos modo, sed etiam sacros thesauros dilapidauit, præclaram mercaturam existimans, auro animas emere. Victoriâ contra Nortmannos precibus suis Alter Moses impetrauit, fuitque deinceps locus ille, in quo orauerat, semper cespiti virenti lætus: puto ne vnquam ciuibus obsidione liberatis deesset, vnde coronam Sospitatori suo necerent. *Ex Syr.*

IHS



S. THEOPHILVS CONF.

Maria peccatorem à desperationis barathro piâ manu retrahit, spei medicamen aspirat, fouet, nō despicit, quoûsq; horrendo ludici miserum reconciliet. Famosum huius benignitatis testimoniû est Theophilus per Mariam restauratus gratiæ. *S. Bern. in deprec. ad Mariam.*

Promotio cultus Mariani.

Pro augmento nostræ Congregationis.

IV. FEBRUARI.

O Semper insidiosa demissis animis ambicio! THEOPHILVS ille, qui Infulam vltro oblatam vltro reiecerat, mox officio Oeconomi ab æmulis se deijci vsque adeo indignatus est, vt excire in auxilium Orcum nõ vereretur. Ergo ad Magum, cum hoc ad iuratum humani generis hostem curritur: Deum Deique Matrem eiurare non titubat lingua impudens, non erubescit scripto firmare calamus impius, sustinet obfirmare fœdus infandum gemina perfida: Verbo, IESV ac Mariæ nuper libertus, demonis abit mancipium. Sed sequitur & nocentem Conscientia flagellat; quin honori iam suo restitutum acrius etiam torquet. Quid faceret? quò fugeret impius transfuga? ad magnæ Matris Vbera, per quæ Filium sauciârat? ad Vulnera Filij, per quæ Matrem impetierat? & tamen ad Matrem ausus est confugere; memor semper Matrem facilius flecti, quàm Iudicem. Itaq; ad Marianæ Aedis limina quadraginta ipsos dies noctesque perstare, sed longè magis ipsam Cæli Portam Virginem ambire: hanc lacrimis molli-re, hanc gemitibus pulsare, hanc ieiunijs denique frangere. Cedit itaque vim facienti facilis aliàs Ianua. Admittitur per Matrem ad Filij gratiam Theophilus, extortósq; infames hosti codicillos aufert. Hos vbi palàm igni dedit, post triduanam febriculam per notam sibi & iam apertam portam Cælum ingreditur. Agnoscite felicitatem vestram in Theophilo Mariophili. Sit omnibus alijs angusta cæli porta, certè vos laxam amplamque habetis. *Ex 677.*



Quia Christi nomine vocatus es Christianus, petendum tibi est, ut actu tuo nomen hoc sanctificetur & honoretur in te: quia sicut Virtutū fama nominis tanti resplendet ad gloriam, ita malè conuersantis infamia ad eiusdem nominis redundat iniuriam. *S. Pet. Chryf. f. 69.*

Imitatio Christi.

Pro omnibus Christianis,

IV. FEBRUARI.

NVlli minus sapiunt, quam qui maxime,
 cum interea Superi ijs ferè colludant,
 qui sanctam simplicitatē præ se ferunt.
 Ad testem CHRISTIANVM prouoco. Is cum ado-
 lescens noctu non sat modestè tectus ædes per-
 ambularet, insultantem nudo tergo sub mulie-
 ris larua Orcum tulit, onusq; improbum totam
 noctem circumtulit. Sacris initiatus Comitum
 Natum sub exuijs Vrbi terrorem sibi inijcien-
 tem cultro tantum non iugulauit, mox errore
 intellecto persanauit. Ad eius preces cum de-
 functus è feretro resurgeret, inter fugientium
 ab eo spectaculo turbam ipsum quoque vidisses.
 Fluium cum traicere non posset, in alteram
 ripam D. Magdalena vnà cum equo transpor-
 tauit. Eadem facienti adfuit hominūque ab-
 sentiam satis vnica pensauit. Iam inter mona-
 chos mori sibi visus, & manibus MARIAE ac
 Friderici Cæs. tumulari, flammæ habuit arbi-
 trari piaculares, Genios item bonos malosque,
 hos corui exuijs horridos, illos Cygneis (aut
 quascunq; alias demum miramur & amamus)
 pennis superbos. Porro sacrificaturo mensam &
 vestes cælitè ministrarunt. Cantantibus bene-
 dicere vidit ab alto DEI manum. Iam ad ægrū
 septem continuos dies Christus Christi q; Mater
 (vtique optimi Medici) inuiserunt. Cum mori-
 turo verò horas precarias iisdem visi percurrere
 & quidem cucullum etiam ipsi induti. Superit
 vos Comœdias & risum nobis datis mor-
 talibus. Nos scilicet tragœdias & la-
 crimas reddimus. *Ex Casar.*



S. AGATHA V. M.

Christi exemplo viuendum est tibi, ô pudici-
 tiæ Amator, si Sanctorum cupis habere confor-
 tium: Ab immunditiæ & turpitudinis cogitatu
 pectus emunda, quoniam nullos nisi sanctos &
 uustos, simplices & continentes cælestis aula
 aspiciet. *S. Laur. Instin. Lign. Vita cap. 3.*

Verecundia.

Pro omnibus Castitatem professis.

V. FEBRUARI.

ANNO CCLIV. AGATHA Catanam a Quintianum Prætozem abducitur. Deperibat hic Christi sponsam. Quare eam Aphrodisiæ lenæ commendat; facile ratus fidei castrum euertere, vbi prodita pudoris arx conflagrasset. Ambulauit illa per omnes fraudes; sed cæcam ad munera, surdam ad blanditias & minas inuenit. Itaque Prætor amorem vertit in odium, martyrique vbera aëferri imperat. Tulit facile eam iacturam Virgo, gnara Ecclesiæ sobolem non tam lacte matrum, quam sanguine martyrum ali; sed nec vberibus diu caruit, medicinam D. Petro faciente. Quintianus, ex amatore iam carnifex, dum nudam in testarum fragminibus prunisque volutari mandat, ecce mota insolite terra cum duos supplicij auctores oppressisset, populum etiam ita commouit, vt re ad seditionem spectante, ad carcerem Virgo reduceretur. Ibi inter vota animam in sinum ac amplexus Sponsi sui expirauit. Tumulum sepulcræ Cælites marmore ornarunt cum hac epigraphè: *Mentem sanctam, spontaneum honorem Deo, & Patria liberationem.* Quintianus dum Panormum fortunas Virginis direpturus traiecit, equorum calcibus in vndas exturbatur, libidinis & avaritiæ sitim positurus. Aiunt corpus eius nunquam repertum sepulchro caruisse. Nimirum vt Castitas ab Angelis, ita impuritas ne ab homine quidem meretur tumulari. *Ex Syria.*



An non meritò coronabitur, qui sic certauerit, mundum abiiciens, promittentem, irridens inimicum tentantem, & quod gloriosius est, de semetipso triumphans, & crucifigens concupiscentiam prurientem? *S. Bern. s. 1. de Om. SS.*

Amor Crucis Spiritualis.

Pro vtráque India & Iaponia

V. FEBRUARIJ

Nillam Oriens tam nobilem, quàm Martyrum mittit purpuram. Eam Anno M.D. XCVII. sanguine suo Iapones tinxerunt. VI. erant supra XX. qui Meaci auriculâ multati, Nangasaci in crucem acti ac lanceis sunt confossi, erant inter hos VI. è D. Francisci, III. è S. Ignatij familia; quorum constantiam ex discipulis, iisque pueris disce. Tres erant Sacerdotum nuper ad arâ ministri, nunc ad Crucem socij, ipsi mox futuri Sacerdotes & victimæ. Ex his LYDOVICVS annorum XI. & amittendus è vinculis, si fidem fecisset missam, respondit, nolle se stultum mercatorem agere, & momentum immortalitate mutare; in loco supplicij suam sibi crucem monstrari voluit, ad eamque velut ad cupedias cursu contendit. Cælo denique in cruce iam prior, oculis totòque corpore gestiente, illuc videbatur euolaturus, nisi vincula prohibuissent. Geminus huic ANTONIVS cantu inuitavit ad mortem socios, & Davidis verba (*Laudate pueri Dominum*) melior cygnus insonuit. Idem omnium fuit ad cruces currentium certamen, eadem è crucis cathedra conaciones, vna morientium vox Iesum ac Mariam inclamantium, quæ cum à Christianis astantibus redderetur, non potuit iucundior Dei auribus Echo accidere. Victoribus VRBANVS VIII. Pontifex Triumphum decreuit, & Beatos pronunciauit. *Ex Ioan.*

Hayo.



Præmittamus thesauros nostros in Cælum;
 sint vectores pauperes, qui possunt sinu suo,
 quæ nostra sunt, ad superna portare; Nemo de
 fraude dubitet baiulorum; tuta est ista transue-
 ctio, per quam nostra ad Deum, Deo fideiussore,
 portantur. *S. Pet. Chrys. f. 7.*

Confidentia in promissis Dei.

Pro tenacibus & Auaris.

V. FEBRUARI.

DERTVLPHO vitam dedit Germania,
Gallia fidem sanam. Hæc & Iuuentæ o-
mnibus ornamentis cultissimus ad-
lescens facilè in Comitibus VVamberti amicitiam,
tum deinde familiam, deniq; filium est coopra-
tus. Mox cum omnia vnus administraret, quo-
rem familiarem auget, non pauca ijs, qui cū
fecnore olim redderent, miseris dedit. Et pro-
fectò quò plura in hos dispensabat foris, hoc
amplius domi opes crescebant. Neq; id Herum
Comitem pijssimum latebat. sed tamen aures
huius obsidebant obtrectatores, qui etiam ho-
die in aulis, quidquid accedere pauperibus vi-
dent, sibi putant decedere. Et fortè foras pro-
dire ad Nummularios suos BERTVLPHVS pro-
perabat vino & pane oneratus, cum obuius ro-
gat Herus quid rerum gerat? Aquam, ait ille &
ligna, simul (superis piam fraudem iuuantibus)
pallio reuoluto aquam monstrat & ligna. Alio
item ostento virtutem BERTVLPHI DEVS pro-
didit. Româ, quò Religionis causâ cum Coniu-
ge iuerat, reducem Comitem exceperat, utque
sua famulis fatigatis à via quies esset, ipse ad
pascua equos egerat, cultos id noctis futurus.
Verum cum ingentes cælo imbres ruerent, mis-
sus qui BERTVLPHVM domum reuocaret puer-
primò, ipse deinde VVambertus euocatus ad
miraculum spectauit miræ magnitudinis Aquam
supra caput BERTVLPHI pendere & aquas
arcere. ponè verò à cælo luculentâ faciem mini-
strari, ad quã otiosus ille scilicet librum nescio
quē legebat. Atq; ad hoc deniq; lumē perspicere
vixi Virtutē sese etiam Inuidia fassa est. *Ex Suet.*

Suscipiat per te preces nostras

MRA

VENIRE AD ME
SINITE PARVULOS

S · GELASIVS · CONF.

Intellige esse tibi genus de caelo, cuius pater habetur in caelo; Age ut sancte vivendo sancto respondeas patri. Dei Filium ille se probat, qui virtutibus non obscuratur humanis, qui divinis virtutibus eiucescit. *S. Pet. Chryss. 68.*

Studium Virtutum.

Pro Concordia fraterna augenda.

V. FEBRUARI.

GELASIVM habes, sed vnâ OPILIVM fratrem, pietate ita germanos, vt ex eodem ouo prognatos dicere posses, si non vtrumq; per nos liceret spectare. Vtrumque igitur Placencia genuit, vtrumq; extulit, hodieque etiam velut lucidissimū cæli Sidus & morbidis propitium suspicit. Et OPILIVM in cælo lucere quid mirum, quando in cælum inter preces oculo, animo abire, imò cum lucē oculorum mors extinxit, radiare tamen visus est? Iam Innocentiæ & reliquarū virtutum choro dū vixit, vitæ austeritate velut munimento quodam cauit. Itaq; totos dies ieiunus agere, cœnāq; à matre submissam rogatoribus in ponte præbere, ipse satis sacrarum literarum lectione pastus cælique delitijs ebrius. Pari passu cum OPILIO GELASIVS incessit, in omnibus fratri cedens præterquam virtutis palæstra, nihil inuidens quàm vitæ sanctimoniam. Sed iuuerit nosse, quibus artibus inuidiā hanc in oculis GELASIVS cælum accenderit. OPILIVM solum inter preces agere putabat: Sed cubiculum ingressus socios illi assistere innumeros Angelos vidit, mox Christi vocem illam audiuit: *Sinite paruulos venire ad me, talium est regnum celorum.* Hoc inquam spectaculum, hæc verba animum sauciarunt; hæc alas addiderunt GELASIO paruulo, vt ad Christum curreret, non iam nescius in sinum parentis succurrere. Nunc cur aliò festinare cernimus pueritiam? An fortè Christus non clamat? ah! ecce hodie iterum clamat. Sed non audit pueritia. Aures Vlysses Mundus obturauit. *Ex Ferrar.*



Quid istud negligentiae, quid pigritiae, imò
 quid vecordiae est, ut non crebris suspirijs & fer-
 ventissima affectione abrumpere hinc, & in illa
 tam felicia agmina iaculati animos studeamus?
B. Bern. ser 5. de omn' SS.

Desiderium Caelestis Patriae.

Pro Amatoribus Mundi.

VI. FEBRUARI.

DOROTHEA Cæsareæ pro Christo Captiuos captiuos in triumphum Cupidinem & Tyrannum duxit. Expugnanda enim laniatis forceribus tradita, quæ datam Deo fidem prodiderant, tam fortiter decertauit, ut ambas a impijs castris ad antiquam fidei stationem redire compulerit; atque hæc quidem proditionis crimen sanguine eluerunt; ipsa vero victoria victorijs perrexit necere, cruentas illas quidem sed gloriæ plenas, ut quæ sciret nullam tam sponsam Christo placere Virginem, quam quæ suam, non alienam ruberet purpuram. Itaque cum faces late admouerentur, has illa nuptiales tædas credens cum ad gladium citaretur, velut ad thalamum properare; inter lictores quasi paranymphe obambulare; ad supplicij denique locum ut ad melioris cæli hortos ridere. Irrisit tam innocentem risum Theophilus quispiam, & è sponsæ viridarijs aut rosam sibi vernam, aut autumnæ munus pomum Virginem poposcit. Promissum utrunque DOROTHEA, fidemque vix ingressa Elysios campos extemplo liberauit. Adest lectissimus cælo Ephebus, & promissam Theophilus eodem in calatho ver & autumnum offert. Miratur ille in hyeme rosas non flaccidas; miratur poma non marcida, miratur certantem cum munere suo muneris baiulum, & iam non contentus vidisse horti munera, ad ipsos hortos Christianus per omnia tormenta penetrare contendit, quæ quidem ille ut spinas generose calcavit, dum animo volueret, quales Rosas quæreret. *Ex Syria.*

Profer lumen caecis



Qui sperat in Deum, ac toto corde in eius
gloriam luminum suorum defigit aspectum, ad
insanissimas vanitates consecratos semel Deo
non debet oculos retorquere. *S. Max: hom. de
Circumcis.*

Custodia Cordis:

Pro inconstantibus in bono proposito

VI. FEBRUARII.

Quid iuuentus, quid Ætas virilis facis? Mundum & cū Mundo patrem AMANDVS puer vicit, & cū Religioſo negaturum ſe ille hæreditatē minaretur, amplā ſibi hæreditatem ſuppeterē in cælo reſpondit; caueret ipſe parens, ne hac excideret. Romam deinde ad D. Petri ſupplex iuit. Hunc ibi in ſomnis vidit & Auſtorē habuit Galliæ repetendæ. Sed & in puppi eundē tempeſtate iactatus patronū conſpexit. Iam Traiectenſi Inſulā cōdecoratus cū reo, cui laqueo gula frangenda erat, ſeruare precādo apud imitem Iudicē non poſſet vitā, ablatam certē precando apud Deum reſtituere potuit. Regis Dagoberti filium (Sigebertus fuit) cū fonti luſtrico admoueret, precibꝫque Diui nemo verbum ſolemne *Amen* ſubijceret, id ipſe infans XL. tunc dies natus ſubiecit, vnico verbo & in AMANDI & ſuas laudes facandus. Non nemo quōd famam AMANDI laceraret, carnificē dæmonem ſenſit, ſuiſque manibus laceratus oppetijt. Alij qui mortem Diuo machinabantur, oculis amiſſis facinus ſuum, & cum hoc, poſt preces illius, diē iterum viderunt. Fœminæ quoque lucem reſtituit, cū primum arborem illa aggreſſa eſt excindere, quam diuinis antē honoribꝫ (cœca vtriq;) coluerat. Mortuum Adelgundis Virgo in cælum vidit deduci ab obuia cādidatorum turba, audiijtque eos hos eſſe, quos verbis vitæque exemplis prior ipſe cælo tranſmiſiſſet. Nimirum hæc denique generoſa Indoles eſt, hi digni homine ſpiritus, nolle ſolum, ſed cum comitatu, & clientelis cælum ingredi. *Ex Milo. Monacho.*



Cælestis Pater probat munericibus charitatem:
 Filium se nescit, visceribus caret, naturam ne-
 gat, ingratus est patri, qui auctorem vitæ suæ
 non placat obsequijs, non deuincit cultu, mu-
 neribus non honorat. *S. Pet. Chryf. s. 10.*

Sincerus Dei cultus.

Pro ostentatoribus bonorum operum.

VI. FEBRUARI.

NATALES BRYNOLPHVS domi nobiles foris
 amplius nobilitauit. Lutetiam Parisio-
 rum profectus egit Musas inter ipsos
 duodeuiginti annos, nec inuito Apolline. Siqui-
 dem hic doctrinam eius Scarenſi Inſula coro-
 nauit. Tantum abeſt, vt generis ſplendori offi-
 ciat Muſarum commercium. Quin imò literatę
 huic Inſulę armatam coronam Rex Magnus
 Ladelos ſubmiſit, quando BRYNOLPHO ad ge-
 nua ſupplex palam deſcendit, & menſę adhi-
 buit. Sed quid Virtutis teſtem hominem addu-
 co, cùm cælum habeam. Precantem ad tumbã
 BRYNOLPHI *D. Brigittam ſuauiſſimi odores*
afflarunt. Miranti ſuperuenit cùm ipſo BRY-
NOLPHO FILIOQ; MAXIMO MATER MAGNA, &
Hic, (ſimul oculis digitoque BRYNOLPHVM lo-
quebatur) hic eſt, dixit, qui me dum vixit, vitã
chariorem habuit. Floſculum hunc tu ex odorum
reliquijs, quas in terris reliquit, eſtima. Et tamen
(ad Filium hæc dicebat) Gemma hac tumulto
ignobili abdita pulchrius nitere prohibetur. Quin
amplius colis, qui tantum te, tantum me coluit?
 Quid Matri filius negaret? promiſit tunc offi-
 bus ſacris eum honorem, quem poſtea ab alte-
 ro Epifcopo tulerunt. Ego quid hic exclamem?
 vtinam me omnes audiretis **MARIAE Sodales!**

O quàm pulchrum eſt digito Virginis
 monſtrari! quam pulchrum dicier

Hic EST! Ex Vite Aquilon.

Ioan. Vaſtoſt.



Si dignum Dominus Pati duxit, pati seruum
 quomodo videtur indignum? Erramus, erramus:
 qui non facit quod iussit Dominus, gratis
 sperat, quod Dominus promisit. *S. Pet. Chryf.*
f. 28.

Præparatio animi ad patiendum pro
 Christo.

Pro Indis & Iaponibus.

VII. FEBRUARI.

VNa virtute Christianâ armatus THEODO-
 RVS Centurio patriæ terrorem draconé
 confecit. Et erat hoc pugnis maioribus
 præludere: monstrum alterú maiúsque Licinius
 Imp. iminebat. Hic siue quòd eam fortitudinè
 in milite amaret, siue, quod inuideret Christia-
 no, ad se THEODORVM euocauit. Quia, cum h'c
 nuntiafset, si ad se ipse Imp. cum Dijs suis acce-
 deret, fore vt hos merito honore coleret, non
 dubitauit Licinius, vt superstitioni virum tan-
 tû adderet, iter ad illum instituere. Interea cæ-
 lum pandi videbatur THEODORO, atque inde
 prædite, qui telis igneis dormientem confige-
 rent. vox quoque eiusmodi allapsa: *mañte animo*
Theodore, quando ego tibi adero. Facile sibi ipse
 THEODORVS hæc somnia, sine alio augure, expli-
 cuit, vocémque cæli classici instar habuit. Ita-
 que cum manè Deorum signa è suo larario ob-
 tulisset Imp. velut adoraturus hæc in adyta ab-
 stulit. ibi ille & Iouis fulmen & Martis Palladis-
 que hastas & Venèris faces Cupidinisque arcus
 omnib⁹ Gigantibus fortior solus fregit, & quia
 aurea erant omnia aut argentea, ridiculos Deos
 pauperum prædam fecit. Hi cum vlceisci non
 possent ipsi sese, Licinius & se & illos vlurus in
 crucem agit THEODORVM, ferro transadigit.
 Inde puerile agmen sagittis suis scopum gemi-
 num, geminum Diui oculum accipit. Sed red-
 didit hos ocello suo Angelus, & è cruce exfol-
 uit. Mox ad gladium damnatur. Hunc vbi
 forti iugulo excepit, rude Superi
 donarunt. Ex

Metaphr.



S. PARTHENIVS EP.

Quando moriuntur virtutes, viuunt vitia:
 illa militant aduersus militem Christi; istæ sunt
 Sathanz cohortes, istæ Diaboli legiones, ista
 sunt quæ Mundum sepulchris obsederunt, de-
 bellarunt populos, vastarunt gætes, orbem du-
 xere captiuum. *S. Pet. Chryf. f. 22.*

Detestatio Peccati.

Pro obsessis à Diabolo.

VII. FEBRUARI.

PVER PARTHENIVS piscatum exercuit & In-
 crum pauperibus cessit. Sed neque Piscator
 desijt esse Sacerdos & Pontifex inaugura-
 tus, nisi quòd prædam iam nobiliorem (ani-
 mos) Deo transcriberet. Porro Stygi iam inde
 ab anno octavo decimo fuit metuendus. Et
 profectò vix alius fuit, qui sæpius Orcum expu-
 gnauit; vt quocunque iam pedem suum ferre
 PARTHENIVM, inde referre suum malum Dæ-
 monem cerneret, etiam è sedibus, quas olim &
 multus insederat. Et fortè eū ex homine nescio
 quo proscripsum ibat, cùm mitius aliquantum
 Inferno exilium, porcorum corpora hic roga-
 uit. Plus etiam indulsit PARTHENIVS, & si hoc
 modo cederet, hospitium alterum in homine
 ostensurum se appromisit. Ille verò in has leges
 lubens lætusque migravit, fidemque mox pacti
 fœderis exegit. Hic PARTHENIVS potestatem
 sui facturus, aperto oris ostio hospitem inuita-
 uit. Nec tulit modestiam superbus, abiit potiùs
 ad veteres lares patriæque regna, Inferos. Iam
 verò edita vaticinia, excitæ lacrimis pluviæ,
 messis in agro sterili, vix in deplorata iam vi-
 nea, redditi sedibus suis oculi, pulsus morbi & re-
 ducti ad vitam mortui librum non pagellam
 in libro desiderant. Omnia tamen hæc vel oleo
 fecit, sacro, vel aquâ, vel sale, ex quo si vel mi-
 cam haberent hæretici, non equidem hæc
 riderent. *Ex Surio.*



Conscientia bona titulus est Religionis, Tem-
 plum Salomonis, Ager benedictionis, hort⁹ de-
 liciarum, aureum reclinatorium, gaudium An-
 gelorum, arca Fœderis, thesaur⁹ regis, aula Dei,
 habitaculum Spiritus S. liber signatus & clausus
 & in die Iudicij aperiendus. *S. Bern. l. de Int. dono.*
 Supportatio calumniarum.

Pro Innocentibus oppressis.

VIII. FEBRUARI.

Mulierem sub toga, imò Virum sub mulieris simulachro ostendimus. Rectè dixeris, siue MARINAM, siue MARINVM dixeris. Nam MARINAE quidem nomen parens dedit, cum nata est, vbi verò ad Asceterium se-
eum abduxit, cum veste nomen viri indidit, ius-
sitque MARINVM esse, metamorphosin caelo ri-
dente. Patre ergo Magistro Asceticen edocta,
hoc mortuo, ægerrimè scilicet Orco fecit; cum
mulier improba tela virili veste repelleret, &
per sanctissimam larvam cœcum Puerum A-
morem rideret, vnica Virgo tot inter viros iam
tutior quàm inter Virginum nuper choros.
Nempe vbi vulneri locus non est, inuidiæ est.
Cum vitium Virgini non posset hostis facere,
fecit famæ. Puella, ad cuius parentes diuertere
solebat MARINVS, cum res Cœnobij curaret,
corrupta à milite parentem hunc mentitur,
itâque malum ingens Cœnobitis parit. Accusa-
ta Virago peccasse vtique se fatetur, factumque
fletu vberi damnat & gemitu. Ergo extra septa
sancta eijcitur & subinde filius etiam adduci-
tur buccæ alendus, quâ mendicanti ascetæ mi-
nistrabant. Sic iam sub altera larua spectatorem
Orbem fallit, dum quinto abhinc anno, cum
verum etiam scelus potuisset eluere, vna cum
filio intra claustra recipitur. Mox moritur MA-
RINVS & MARINA deprehenditur. Adest men-
dax puella à malo Hospite Orco agitata & sce-
lus vltro fatetur. Quid faceret hîc cælum,
post actam bellissimè fabulam, nisi

plausum? *Ex Herib.*

Rosvuido.



S: APOLLONIA. V: M:

Si quis hoc dictum corde frequentaret, O Domine quando te diligam! citius se sentiret experimentaliter inflammari, quàm si de secretissimis caelestibus, & aeterna Generatione, vel Processionibus cogitaret. *S. Bonav. in Theol. Myst. Q. ult.*

Vsus Precum iaculatoriarum,

Pro Blasphemis,

IX. FEBRUARIJ.

NEcdum in flammis eruperat furor Decianus, cum anno ab incunabulis Seruatoris L. supra CC. Decio prelusit Alexandria nescio cuius hominis insania. Arrogauit illi sibi Vatis nomē, & fictis ad populum criminibus id repente excitauit incendium, quod non nisi multo Christianorum sanguine extingueretur; quos inter facile princeps fuit APOLLONIA Virgo, quæ inualecente vulgi furore, cum iam tota Vrbe eadem omnium vox audiretur, flammis addicendum, quisquis Christo non maledixisset, in Virtutis scenam protracta est. Et sanè præclare personam sustinuit Christianam, quippe cui ore citius omnes, quibus ætas prouecta in eum diem pepercerat, dentes, quàm Christus, euulsi. Quid agitis manus carnificum? fortem esse APOLLONIAM excussi dentes & fractæ malæ loquuntur; ad maiora tormenta prouocate, nihil humile tam alta spondent principia. Ecce rogius ingens succenditur, crepant flammæ, furit populus, minantur lictores; aut Christum abijce, aut in ignem abijciere APOLLONIA. Quid hinc illa? paululum apud animum suum, quasi consultans, subsistit; mox bulliente iam sanctiore sub præcordijs igne, non morata tortores, generoso ausu ipsa inuolat in flammis, è flammis ad cælum euolat. I. nunc Scæuola fortissime Romuli nepotem: Manus tuæ miraculum Regis Virginis extinxit.

Ex Suario.

Canalis omnium gratiarum

MRA



S. ANSBERTVS EPISC.

Pias aures Domini ad te flecte ; lacrymis & suspirijs pro tuis excessibus illū clementer exora; atque canticis spiritualibus illum glorifica ; nihil enim magis supernis ciuibus spectare habet , nihil regi summo ita exhibetur ,
S. Bernd. med. c. 6.

Fuga illicitarum recreationum.

Pro Aulicis.

IX. FEBRUARI.

Non vidit splendidiorē gemā Clotarij regīa, quā ANSBERIVM adolescentem Superis iuxta & hominibus charum. Et verò invidit iam tum Clotario Ephebum Deus, & in suam traducere aulam laboravit. Sed & huic pulchrius regiā cælum arridebat. Quare Sponsam, quam habebat nobilissimam, lubens volens, cum ita ipsa etiam vellet, Christo cessit; ipse, rarissimo miraculo, monachus in aula vixit, & his ipsis, quibus perire alios videas, ad meliora sanctè abusus est. Certè cum cantus regiam perstreperent, interque modulos dulces dulciores luderent fides, ab his animum ANSBERIVS advertisse ad cælestem musicam perhibetur haud paulo meliorem. Itaque alijs levi pede terram obeuntibus, ipse cælos rectius obibat. Illud credo dices: ergo pietas etiam aulam habitat? Rectè. quòd tamen minùs secura hanc habitat, ANSBERIVS deinceps habitare Cœnobium instituit, Abbásq; mox Episcopus Rothomagensis potius inter mendicabula degere. In eum finem Xenodochia complura ædificavit, mensam ipse stravit, conivis suis conivua affedit, eodem & disco & cibo vsus. Iam ne dubites virtuti hostem aulam esse, à Pipino in exilium est pulsus & maluit ille reuocatus morte patriæ prævenire. In defuncti brachio Crux visa est rubere, ipse etiam, cum velum iniiceretur, oculos aperuisse, ut iam orbis viuum virtutis exemplar etiam in mortuo haberet.

Sur. & Mel.



*Vnde superbit Homo, cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori?*

Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas
& adornas, quam post paucos dies vermes de-
voraturi sunt in sepulchro? animam vero non
adornas, quæ Deo ab Angelis præsentanda est
in cælis? *S. Bern in Medit.*

Emendatio Vitæ.

Pro impugnatoribus Sedis Apo stolicæ.

X. FEBRUARI:

Ingentia scelera GVILIELMVS pari pœnitentiã
 plectere instituit. Coniugio fraternæ coniugis
 Herodi non impar cœnabat vnus, quod
 octonis in cibum sufficebat. Ad duella non in-
 uitabat sed cogebat obuios, neque iam Ducem
 se Aquitanix putabat, nisi factionis quoque, quæ
 cõtra Innocent: Pont: pugnabat, dux esset. Mel-
 lea verba Bernardus ingesserat; fel merum retu-
 lit. minas addiderat; maiores audiuit. Ergo se-
 cundum diuina, Numine manum armatus ad
 præstolantem pro templi foribus progrêditur,
 & voce plus quàm humana, *hoc, ait, etiã temeo
 improbe?* Nõ erat hoc loqui, sed fulminare. Cor-
 ruit humi ferox, & qui nulli antehac victas ma-
 nus dederat, Bernardo dedit, iamq; dum omnia
 casum populus miratur, vnus GVILIELMVS ne-
 gat se eecidisse, sed stare denique se credit. Mox
 Anachoretæ cosilio nudũ corpus & caput lori-
 cã & galeã abscondit longè maximum hostem
 se expugnaturus. Talis ad Innoc: Pont: inde Hie-
 rosolymam tendit, ibi antrum lachrimis implet
 & gemitibus, qui cælo repulsi audirentur! Sub-
 hæc patriam repetens, dum exitinere castro ex-
 pugnanõ operã vult locare, à via salutis penè
 exerrat cœcus. Tamẽ eadem nocte in viã redit,
 recipitque quos iterũ lachrimis det oculos. Mox
 solitudines montesq; mutat, & à cacodæmone,
 qui patrem mentitus frustra ad vitam veterem
 reuocabat, verberibus immanibus cæditur. Me-
 dicinam tamen fecit VIRGO Magna, vt tanti-
 iam vulnera faceret GVILIELMVS. Vltimò in
 Stabulo Rhodis obiit, felicius vtique, quàm in
 palatijs vixerat. *En. Sm.*



S. AVSTREBERTA V.

Hæc est Christi magna, larga, sola misericor-
 dia, quæ iudicium omne in diem seruauit vnũ,
 & hominũ totum tempus ad pœnitentiæ depu-
 tauit inducias: vt quod de vitijs Infantia susci-
 pit, rapit Adoleſcentia, inuadit Iuuentus, corri-
 gat vel Senectus. *S. Pet. Chryſ. ſ. 42.*

Laudatio diuinæ Bonitatis.

Pro morti proximis.

X. FEBRUARII.

VNdas puella AVSTREBERTHA cū intue-
 rerur, sacro flammeo caput suum vidit
 inuolui. Placuit ea forma superbæ; lau-
 dauit speculum; imò ab eo tempore nihil quàm
 Parthenonem cogitauit. Quare nuptias cū
 aliter non posset, fugâ elusit, fugæ comitem
 paruulum Germanum trahens. Ventum erat
 iterum ad aquas, sed quæ ripas egressæ mare fe-
 cerant. At illa aquis sancti propositi olim au-
 ctoribus non diffidens nō aliter has quàm pra-
 tum casto pede calcavit: Ita non repugnantibus
 iam patribus Agno desponsa promissum mul-
 tō antè flammeum accepit. Neque prole etiam
 Virgo caruit. Paulo post in Cœnobio Pauliacensi
 Matrem Virgines salutarunt. Ex his fuit, cui sub
 noctem vox è cælo accidit, moneret Antisti-
 tam, omnes, vt è lectulo se proriperent, iuberet.
 Dictum, factum. In templum vbi conuenere,
 cubiculum corruit & pro dormiente Virgini-
 tate vigilare cælum ostendit. Ampliorem etiam
 hoc curam pro moritura AVSTREBERTHA ha-
 buit. Iam enim animam cū ageret, alijque in
 auxilium Cælites excirent, vidit ipsa omnes co-
 ordine, quo compellabantur, obuios sibi venire.
 Quid agimus homunciones? dubitamus pro-
 nos in vota nostra Superos esse, quando
 per nomina citati adsunt? Ex Sæy.

& Liploe.



Nos qui ad incerta consurgimus, qui inter in-
 fidias diē ducimus, qui horarū varietates, mo-
 mentorū motus, verborum lapsus, actuum peri-
 cula sustinemus, quid est, quòd matutina prece-
 rotius diei custodiam nolumus postulare? quid
 est, quòd homini toto tempore astare libet, Deo
 nec puncto assistere libet? *S. Pet. Chryf. f. 43.*

Sacrarum Ædium frequentatio.

Pro indeuotis.

XI. FEBRUARII.

Geminum VICTORIA triumphum duxit:
 de Amore vnum, de Tyranno alterum,
 Vter pulchrior fuerit, tute Arbitrator esto.
 Anno igitur salutis trecentesimo tertio, quod
 Christiani & cœtus pietatis causa agerent, & sa-
 croscodices profano ludici tradere recusarent,
 Diocletianus & Maximianus Imperatores om-
 nibus tormentis in hos pugnarunt. Sed quidni
 vincerent Christiani, quando felicissimo omine
 ex horum parte VICTORIA stetit, Virgo in ipsis
 cunis magna, magnisque signis iam tunc futu-
 ræ sanctitati præludens? Illud vnum quantum
 facinus fuit, cum obstrepente auribus castissi-
 mis Hymenæo, Sponso mortali in amplexus
 ruente, ut hos eluderet, quando alas non ha-
 buit, animos sumpsit, & è summo tectò præcep-
 abiit, innoxia templum petiit, verbisque con-
 ceptis Spōsam Deo se deuouit, frustra homine
 interea puces spargente, quas illa cum rebus a-
 lijs humanis dudum reliquerat. Igitur merito
 de Victoria iudex desperauit, & ne à femina
 triumpharetur, incolumem cum fratre domū
 ire à tribunali iussit. Sed negauit illa pedem è
 pugna referre, negauit fratrem se agnoscere,
 qui non eundem patrem (Deorum cultui ad-
 dictissimus erat) Christum clamaret. Itaque la-
 tæ mortis sententiæ virginis palmam inuitus iu-
 dex cessit. Interea nunquam sæpius Superi
 VICTORIAM clamauerunt.

Ex Suetonio.



Esto homo, esto & Dei sacrificium & sacerdos: induere sanctitatis stolam, præcingere baltheum castitatis, sit in velamento capitis tui: Christus, crux in frontis munimine: in odorem thymiana orationis semper accende, altare cor tuum pone. *S. Pet. Chryf. s. 108.*

Deuotio.

Pro Clericis.

XII. FEBRUARI.

INuidebis Iuuentus suum ANTONIO puerulo
 Doctorem. Hic, si nescis, S. Spiritus erat. Hoc,
 neque alio Magistro primas ille literas didi-
 cit. Et verò Minerua cælo dignum persoluit; si-
 ue cùm ludentis pueritiæ societatem auersatus
 viro digna Puer egit, aras struxit, aris thura, &
 quæ thure suauius olent apud Superos, preces
 dedit; siue cùm postea mundo totum sese surri-
 puit Numinisque cultui inter monachos man-
 cipauit. In hac quoque virtutis schola tam pro-
 fecit ANTONIVS, vt in suam deinde sententiam
 mundi que contemptum etiam parentem pel-
 lexit. Et vidissēs tunc grandæuum parentem
 sub Filij disciplina adolescere, vitæ rationem à
 filio discere, iamque in filio parentem agnosce-
 re. Sed hoc quoque mortuo ANTONIVS in here-
 ditatem miseros euocauit. At cùm in tot here-
 des non sufficeret illa, ingentem auri vim An-
 gelus auctarium adiecit. Plura deinde Episco-
 patus Constantinopolitanus suggessit, vt Infula
 iam non tam ANTONIVM quàm miseros tege-
 ret. A morte mulierem, quæ crus fregerat, vt
 funus comitari posset, in pedes erexit, & vt hæ-
 redes suos neque mortuus videretur neglexisse,
 crescere, quæ tunc erogabatur, inter manus sti-
 pem fecit. Odor denique mirus etiam in-
 cadanere virtutem laudauit. Ex

Niceph. apud Syr.



Ille viam Domino suo parat, qui luxuriantis
 carnis respiciens voluptates, toto mentis suæ
 spiritu suspensus ad Deum vigore se castitatis
 accingit: optimam parat Domino viam, qui co-
 gitationes suas auaritiæ fluctibus æstuantes se-
 renæ conscientia tranquillitate compefcit. S.
Max. H. de S. Ioan.

Seruitus Dei.
 Pro Ministris agrorum.

XII. FEBRUARI.

Quoties dum hostem petit, se fauorat & suos irat! Domo aberat IULIANVS, familiam Coniuge curante. Interea parentes adfunt, & quem puerum amiserant, filium quaerunt. Heu, quàm praestabat nunquam inuenire! At Coniux gratulata sibi, quòd benefacere etiam absenti IULIANO in parentibus posset, humanissimis verbis hospites salutat, epulo lautissimo excipit, ab epulo in suo thalamo molliter locat nescios funebrem se lectum conscendere. Et fortè iam filium somniabant; cum ecce adest hic, & vbi primum à geminis premi lectum videt, siue nox, siue thori violati suspicio oculos fascinauerat, praecipiti vindictam vtrumque ferro traiecit, lectumque dum ab adulterio purgare parat, ah! paricidio maculat. Mox vxor superueniens & dies facinus monstrant. Hic demum IULIANVS non longius fugisse se parentes ingemiscere, accusare paricidas manus, vltro omnes culeos aduocare, denique cogitare, qui nefas tantum serio in se castigaret. Longum supplicium placuit. Xenodochium propter fluminis ripas construxit, rectius in hoc hospites pauperes accepturus, omniumque ipse baiulus per vndas futurus. Et fuit cum leprosi formam Christus induit. Hunc cum IULIANVS transportatum foco feuisset rigentem, mensam esurientem & suo lectulo dormituriem, ecce paricidij veniam manifestus vel dedit vel olim datam nuntiavit. Perrexit tamen ille operam suam eo studiose probare, quòd hospitibus nobilioribus iam frequentari aedes vide-

bat. Ex Pet. de Natal.



Multis diaboli fluctus sunt in hoc Mundo,
 tentationum multa naufragia; & quibus ita li-
 berari possumus, si clamantibus manum suam
 Saluator extenderit: Nos ergo clamare ad Do-
 minum non censem, ille auxilium solitum
 non negabit. *S. Maxim. Hom. Hyem. ult.*
 Fuga occasionum peccandi.

Pro Sacerdotibus.

XIII. FEBRUARI.

Vitam solam MARTINIANVS agere cœpit octo & decem annorum adolescens. Dæmon malas eiecturus statione suâ militē, veteris serpentis exuuias induit. Sed nihil nisi risum retulit, quo meritò humieum repere post casum tam altum dixit. Quid ageret victus serpens? ut virum decipiat, iterum mulierem subornat. Adest hæc panniculis inuoluta, & velut à viâ exerrasset, magnis eiulatibus, ne in pabulum feris cedat, id noctis hospitium orat, Apertit MARTINIANVS à feris sceminā defensurus, se Lupæ obiecturus; penitioribus tamen adytis clausus pernoctat. Sed manē mulierem ecce tibi mundo omni ad miraculum superbam! Videt hanc, & basiliscum videt. Audit, & Sirenem audit, & Dæmonis Victorem pœnē mulier vincit. Experrectus tamen veluti à somno ignes fecit ingentes, pedibusque insultans, age dixit, lubeat peccare, si vel has flammās lubet ferre. Extinxit hic rogos Veneris ardorem, tum præcipuē cū lacrimas Meretricula etiam, damnata iam Venerē, affudit. Cæterum MARTINIANVS in rupem è medio mari eminentem secessit. Hic quoque dum Charybdim fugit, in Scyllam minimo minus incidit, & Venerem planē regnare in mari discit. Ecce enim naufraga puella & ad perniciem oculorum pulchra in rupem enatat. Hic verò MARTINIANVS ignes præuerturus in mare se abiicit. Quid expectas, Lector? Delphines tergo excipiunt & littori saluum reddunt.

Vides, puto, nunc, quid in homine hi ament. Ex

Metaphr.

Sicut Cinnamonum et Balsamū

MBA



S. IORDANVS CONF.

Debemus surgentes gratias Christo agere & omne diei opus in signo facere Saluatoris. Nam in vno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas : Qui in hoc signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur æternæ. S. Max. de Carn. host. non timend.

Inuocatio Auxilij diuini.

Pro rarò orantibus,

XIII. FEBRUARII.

Quem nudus in cruce Christus mouet, il-
 le tegere hūc à LORDANE discat, qui cūm
 pauperi, quando ad manum numi non
 erant, balteum argenteum dedisset, templum
 mox ingressus exornatum eo Christum crucifi-
 xum aduertit. Pulchrè locatum credidit: quin
 vt totum iam Christum tegeret, omnibus se
 nudauit, & ad D. Dominici paupertatem nudus
 confugit. Subinde toti familiæ illi præfuit. Mi-
 ra in eo adolescentū animos ab humanis auel-
 lendi & trahendi ad æterna ars & dexteritas.
 Eloquentiâ suâ quocunque voluit totam con-
 cionem impellere nouit, multum eam ob rem
 ab orco infestatus. Interea tamen Cælites, & ex
 his præcipuè Cælitum REGINA fauebant IOR-
 DANI. Quare ad hunc sceleribus oppressos velut
 ad doctissimum Medicum nō semel ipsa misit.
 Visa est deinde inter maximum Diuorum co-
 mitatum, sub preces diuinas, è manu LORDANIS
 librum accipere: aliàs cubicula dormientium
 alumnorum lustrare. quin ipse Diuus, Festo,
 quo Lustratam VIRGINEM colimus, die, vidit
 hanc è summa ara, ad illa cantantium verba
 (*Gloria Patri &c.*) prehensâ Filioli manu om-
 nibus benedicere. Poterat hoc credo ad cantum
 Angelos prouocare. Caterum dum Terram
 Sanctam petit LORDANVS, naufragus in medio
 mari portum reperit, appulsusque ad
 beatiorē est Solymam.

Ex Sur.



Quid est parare viam Domini, nisi adven-
 tanti de cælo Iudici, purgato à vitijs pectore,
 simplicis cordis habitaculum præparare? Quid
 est rectas facite semitas eius, nisi vt tales ætuum
 tuorum tibi munias vias, quas perambulare
 propitius veniens ad te Dominus delectatur?
S. Maxim. Hom. 1. de S. Io. Bapt.

Sancta simplicitas.
 Pro turba Rusticana.

XIV. FEBRUARI.

AVXENTIVS cùm eodem in contubernio non convenire Marti & vitæ Innocentiæ perspiceret, vt DEO vacaret, vacationem à militia sibi impetrauit. Neque arma tantùm posuit, sed vt miserum contra frigus armaret, tunicam ex mendicabuli humeris suspendit. Aliàs quò pauperibus stipendia numeraret, operam suam iater opifices locauit. Oxeam deinde montem conscendit, atque iterum sed melior miles sub pellibus vixit, omni aliâ veste abiectâ. His horridum pueri Pastores, cùm gregem amissum quærerent, feram putarunt. Sed ille, quâ erat in iuuentutem humanitate, facile se hominem probauit, imò homine maiorem ostendit, cùm vates Pueris absens edixit, quò greges aberrassent. Inter hæc celebrari ab Accolis concurrentibus cœpit, cùm passim ægri venissent, sani redirent. ipse Imp. Marcianus familiariter vsus viro fuit, & ad Chalcedonense Concilium euocauit. Ibi dum Patres præstolatur, & velut Impostor habetur, à Columba cibum accipit. Verbis deinde ac Miraculis Christi diuinitatem & Virginitatem Christi Matris propugnat. Obiit denique longâ patientia clarus, & vermes, cùm è putrido vulnere exciderent, loco suo reponere solitus. Nos delicati vermium nomen horremus, sed mortui baculo scilicet (vt ille canes) abigemus. Ex

Metaphr.



Cum Ecclesiasticis officijs rite credatur Angelorum semper adesse presentiam, nostramque vigiliantiam siue desidia non modo diligenter attendere, sed & superno iudici cuncta per ordinem nunciare, quanto putamus aduersus nos zelo mouentur, dum in conspectu illius nos irreuerenter sedere conspiciunt, cui ipsi tremetes assistunt? *S. Pet. Da. l. 3. Ep. 8.*

Reuerentia in Templo.
Pro Ministris sacrificantium.

XV. FEBRUARII.

SVb Annum Christianum CXXXII. cū
 Brixienſis Pont. Apollonius metu Tyranni-
 dis fugā ſubduxiffet ſeſe, ne barbaro furorē
 lacerandus Chriſti Grex pateret, meliores in lo-
 cum Paſtores FAUSTINVS SACERDOS & IOVITA
 Diaconus ſucceſſere. Certē animas ſuas non
 multō poſt impendere gregi ſuo non dubita-
 runt, cū memorabiles prius pugnas edidiſ-
 ſent, quibus non modo Italicum Comitē ſed
 Adrianum ipſum Imp. quin imō ipſos Deos
 triumpharunt. Solis enim Cololum adorare
 iuſſi, hunc primō in carbones, deinde in fauil-
 las redegerunt, ſilio ſuo Phaethonti poſthac ſi-
 milem. Iam Leones, Leopardi, vtrique virtutem
 in Paſtoribus noſtris horruerunt, & cū prius
 Carnifices, intēque hos Sacrificulum Saturni,
 Comitēmq; Italicum laceraffent, imperio Mar-
 tyrum in ſilvas & nemora ſua emigrarunt. Poſt
 tot victorias etiam inter flammas cantare Pæ-
 ana placuit. Denique vbi per omnem Italiam
 circumducti omnia theatra ſanguine ſuo pin-
 xerunt, patria rursus excepit & gladio caſos
 coronauit. Fama obtinuit Angelos cælo ad vin-
 ctos deuolaſſe in carcerem, & Sacram Eucha-
 riſtiam præbentibus Miniſtros adſtiſſe. Videtis
 Mariani, in quorum officium inuoletis, cū ad
 aram ſeruitis? Præterea aut muneris
 huius vos non pudebit, aut An-
 gelis ſimiles eſſe pigebit.

Ex Strio.



Gemina dulcedo suauitatis exuberat in pe-
 ctore Domini IESV, longanimitas videlicet in
 expectando, & in donâdo facilitas: ad hoc au-
 tem diu suspendit sententiâ ultionis à contem-
 nente, vt quandoq; gratiam remissionis præstet
 in pœnitente. *S. Bern. f. 9. sup. Cant.*

Adoratio iudiciorum diuinorum.

Pro obstinatis in malo,

XV. FEBRUARII.

Liceat exclamare, O mores! O tempora!
 Quos nunc pellit Anglia Fidei Doctores,
 hos olim velut Colonias meliores in or-
 bem omnem mittebat, ea demum fœdera cum
 regibus sancta esse censens, quæ Fides, quæ, quos
 diximus, Fœciales pepigissent. Ita Olaus Suecorum
 & Gothorum Rex præconē Verbi Divini SIGE-
 FRIDVM impetrauit ab Anglia, quem hodie re-
 ctiùs ipsa accerferet. Socios ille traxit Vnaman-
 num, Sunamannum & Viuamannum nepotes
 suos. Poterat insula deinceps Fortunata dici,
 postquam hi heroes ad illam appulsi sunt. Certè
 beatum se putauit, qui Insulæ præfectus erat,
 cùm inter sacra à SIGEFRIDO tolli in altum nõ
 iam panis vmbra, sed augustâ specie Puerum
 vidit; moxque Pueri huius manibus manus de-
 dit. Non incruenta tamen victoria SIGEFRIDO
 fuit. Cæsi tres nepotes mœrore temperarunt
 triumphum. Cæterum dum ponè stagnum ob-
 ambulat, tergeminum lumen videt; hoc indice
 vrnæ; in vrnâ capita tergemina. Hic vero vin-
 dictam clamanti SIGEFRIDO, vindicabit, è capi-
 tibus vnum respondit. Mox altero *quando nam?*
 rogâti, tertium caput, *in filios filiorum*, subiecit,
 His alijsque prodigijs illustris SIGEFRIDVS tu-
 mulum accepit in templo, quod Vexione An-
 gelorum iussu exædificarat. Nunc inter Anglos
 Angelosque quam rarum commercium?
 quam magnum, ô Magne Gregori,
 discrimen? *Ex vile Aquil-*
lon. Ioan. Vastonijs.



Totus mundus ad vnus animæ pretium esti-
 mari non potest ; non enim pro toto mundo
 Deus animam suam dare voluit, quam pro ani-
 ma humana dedit: sublimi⁹ est ergo animæ pre-
 tium, quæ non nisi sanguine Christi redimi po-
 tuit. *S. Bern. l. Med.*

Zelus Animarum.

Pro Parochis eorūque Cooperatoribus.

XV. FEBRUARI.

Est quod in Sacerdote SEVERO spectuen-
 tur ij, non animarum sed rem suam qui
 curant. Sacram ædem & in hac, ne Ma-
 rianum fuisse dubites, VIRGINIS aram curabat
 SEVERVS vitæ integritate & miraculis multum
 illustris. Fortè putandis vitibus insistebat, cum
 superuenit, qui ægrum nescio quem opem effla-
 gitare vltimam nuntiat. cæterum Sacris muni-
 tum non abhorreere ab vltima lucta. Respon-
 det SEVERVS, & affuturum se illico spon-
 det. Vt tamen operi finem imponat (perpaufl-
 lum supererat) moram aliquantulam facit. Inde
 celeri gressu dum ad moriturum contendit,
 ecce mortuum audit. Hic enim uero palàm SE-
 VERVS se inculfare, Vineam suam vt curaret, Do-
 mini vineam neglexisse, Morte crudeliorem se
 fuisse: illam corpus peremisse, sese animi latro-
 nem esse. Igitur funeri affusus non prius à pre-
 cibus lacrimisque, quàm à morte defunctus
 surrexit. Et narrauit hic iam se ad ignea & te-
 nebris infesta loca abductum pœnas vltimas
 daturum fuisse, nisi Ephebus intercessisset can-
 dore insignis, lacrimisque donatum SEVERE
 tantisper nuntiasset, dum noxas animi expia-
 ret. Expiauit igitur has. & septimo post die feli-
 ciùs obiit. Quid hinc illi, quos morituri non è
 vinea sed vini taberna vocant, & sæpe heu! fru-
 stra vocant, qui tamen ab Inferis reuocare ani-
 mos non possunt, sequi possunt?

Ex Dial. S. Greg. l. 3.

Dextera illius amplexabitur me



S. NICEPHORVS MART

Discordans & dissidens nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis potest euadere; quia scriptum est; *qui fratrem odit, homicida est*; quale ergo delictum est, quod neo Martyrio sanguinis potest abluī? S. Cypr. s. 6, de Orat. Dom.

Remissio iniuriarum.

Pro vindictæ cupidis,

NICEPHORVM Martyrem dicimus. *Sicut* non cedis, Lector, martyrem alterum te dicimus. Fuit NICEPHORO familiaritas cum Sapritio Sacerdote à teneris contracta. Ea cum pueris crescere, adolefcere cum adolefcen- tibus visa demũ præter spem omnium in fatale odium vertit. NICEPHORVS quòd minus fellis animo gerebat & majestati Sacerdotũ oppidò faueret, de refarcienda amicitia cogitare, eaque super re per internuntios agere. Sed aures Sa- pritij ira obsessas tenebat. Interea grauis in Christianos tempeftas Antiochiæ exorta turbi- ne suo etiam Sapritium inuoluit. Nihil tamen in tormentis aut dixit aut fecit Christiano in- dignum. Iamque ad palmam vocabatur, cum semel iterumq; NICEPHORVS ad genua euntis accidit, lacrimansq; veniam rogat. daret hanc moriturus pro Christo, si non sibi, certè ipsi Christo mortuo inter preces pro hostibus fu- sas. Audiebat hæc Sapritius, neque tamen vel verbis, vel oculo dignatus NICEPHORVM est. Ergo non placuit cælo palmam illi dare, qui se ipsum nollet triumphare. Cervicem præbere iussus mortem turpi vitâ redimit, & Christi Sa- cerdos facere, eheu! Ioui promittit, nec quic- quam per omnes Superos obtestante NICE- PHORO, non referret, quem cælo iam posuisset pedem, non dimitteret, quam iam iam prehen- disset palmam. Ne tamen gratis licetor gladium strinxisset, accurrit ipse NICEPHORVS & succo- daneam victimam se obtulit. quid multis?
 in aliena præmia inuolauit.

Ex Metaphr.



Dæmonum est, malas cogitationes suggerere; nostrum est, illicò eas expellere. Voluntate sua cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, qui stat: Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat, cum pulsat, nisi cum hanc sibi per delectationem subiugat. *S. Bern. de Int. Dom.*
 Custodia Cordis.

Pro Tentatis à Dæmone & Carne.

XVI. FEBRUARIJ.

Pulcherrimâ formâ. IULIANA pulcherrimè
 est vfa. In hac enim velut speculo Opificem
 huius DEVM cœpit intueri. Christo igitur
 addictam parentes Eleusio desponderunt, viro
 nobili & vrbî Nicomediz Præfecto. Sed quia
 superstitioni hic deditus erat, negavit IULIANA
 sibi fœdera nuptialia cum illo fore, qui animû
 hostilem in thorum ferret. Ab hoc proposito
 vt dimoueret parens, arietes admouit, minas.
 Repulit Virtus, Egit cunieculos, blanditias; elusit.
 Inclusit carceri, thoro illa hunc prætulit. Tan-
 dem Eleusius, ille nuper Sponsus, fit Sponsæ iu-
 dex. mox in carnificem abit. Cædit verberibus,
 quod nuper laudabat corpus. Suspendit, quibus
 nuper captum se fatebatur, capillis. Vrit ferro
 ardores suos, artus castissimos. Et has demum
 illa blanditias in Sponso laudauit. Interea boni
 Angeli vultum indutus malus, satis ait virtuti
 datum esse. Dissimularet posthac pietatem. Su-
 peris cordi cor fore, quod peruium vtrique illis
 esset. At IULIANA fraude inter preces cognitâ
 vincula sua exiit & consiliario pessimo iaduit.
 Vincto verbera etiam addit. Tunc sub Virginis
 manu gemuit. Orcus & malum Angelum bo-
 nus risit. Porrò Martyr flammis ad quas dam-
 nata erat, lacrimis extinxit, lebetem ab igne
 feruentem precibus rupit, denique prius quàm
 manum Iudici Proco daret, caput dedit. Mox
 tamen etiam pœnas hic. Vndis enim haustus
 & in littus eiectus in cibum canibus cessit,
 dignum nactus tyranno sepul-

chrum. *Ex Metaphr.*



Semper Diabolus nostris faturatur ex culpis:
 Ille cibū nostrū deducit in crapulā, potū nostrū
 in ebrietatē diffundit, vt mentē faciat amētem,
 carnē luteā reddat, corp⁹ animi domiciliū, ani-
 mæ vas, murū spiritus, virtutū scholā, Dei tem-
 plum in scenā criminū, in vitiorum pompā, in
 voluptatū redigat theatrum. *S. Pet. Chryf. s. 12.*
 Sobrietas.

Pro moderando luxu conuiuiorum.

XVII. FEBRUARI.

Quis fidem habeat? Plura Pont. SABINVS
 vidit, cum oculos senex amisit, quam
 prius cum vtriuque circumtulit. Certè,
 quæ nulli oculo peruia sunt, arcana animorum
 & longè absentia, perspexisse memorant. Et ecce
 adest hoc ipsum feliciter expecturus Totila. in-
 uitatus ad cœnam frugalem affidet, principem
 tamen locum Episcopo Rex cedit. Paulò post
 miscet puer vinum & SABINO porrigit. Hic To-
 tila prehensum clam manu poculum regiâ
 manu ministrat, nec tamen fallit oculatissimū
 cœcum. Caput hic & doctâ fraudem beneficio
 ingenti pensaturus inter risum, *Vinat ait, hac
 manus.* Præmium igitur nobilis Pocillator tu-
 lit, sed malum alter maximum, qui auctor esse
 Pucro non dubitauit, vt merum veneno tem-
 peraret. Erat hic SABINO in sacris Diaconus &
 longæuo seni Infulam inuidebat, suam (vt ipse
 quidem putabat) hæreditatem, sed contrâ fa-
 ctum. Hoc enim etiam peruidens SABINVS egre-
 gium Ganymedem prælibare iubet. depre-
 hensus ille & mortem longam, quam meruisse
 se viderat, alterâ morte, sed breui præoccupa-
 turus impigre ori poculum admouet. Sed rapit
 è manu Episcopus, & i potius inquit, & Diaco-
 no nuntia venenum me bibere, cæterum Epi-
 scopum illum minimè futurum. Simul cruce
 ductâ poculum siccet. Non SABINVM sed Dia-
 conum bibisse dixisses. Valuit enim hic, ille oc-
 cidit. Sanitatem vulgò alienam se bibere aiunt.
 Id verum an sit, nescio. Alienam certè SA-
 BINVS mortem bibit. *Ex Dial.*

Virtus nobilitat.

MRA



S. HELLADIVS CONF.

Quomodo non verè humiliabitur anima in
cognitione sui, cum se perceperit oneratā pec-
catis, mole mortalis corporis aggravatam, ter-
renis intricatam curis, carnalium desideriorum
fece infectam, proclivem ad vitia, invalidam ad
virtutes? S. Bern. f. 36. sup. Cant.

Vilis æstimatio sui.

Pro Consiliarijs Principum.

XIIX. FEBRUARI.

Primam ætatem maximamque vitæ Aufi-
cus HELLADIVS; alteram Monachus, vlti-
mam Pontifex egit; omnem ita, vt dubi-
tem, quam sanctius. Rempublicam cum adhuc
adminiftraret, latere iam tum sub purpura Mō-
nachum deprehendifles; ita modestia hanc or-
nabat. Ergo igitur quoties via ad monasterium
Agaliense ferebat, descendere HELLADIVS ex
equo, amiffōque famulorum & clientum grege-
Dei feruis operam suam locare, furnoque in-
ftruendo ligna comportare ijs hūmeris, quibus
Regni onera solebat. Quantum Superi refert,
quibuscum familiaritatem in eas. Consuetudo
hæc sancta paullatim omnem Mundi pulchri-
tudinem ex animo HELLADIVS deleuit & id de-
nique potuit, vt sanctissimus aulicæ seruitutis
transfuga pro pileo cucullum inter non igno-
tos iam Sodales quæreret. Dedere & hunc &
Monasterij præfecturam insuper. Mox Toleta-
na quoque Insula inuitum textit. In hac maxi-
ma gemma eminebat vltima modestia, qua
iterum mendicabulorum societatem purpura-
tus ambiebat. Atque hos quidem ita foueri ab
illo vidiffes, vt spiritum illius ex horum pende-
re crederes. Obijt annis meritisque grauis, cum
litteris mandare nihil voluiffet, pluris faciens
scribenda facere, quam scribere fa-
cienda. *Ex Ildeph. & Bar.*

Nat. Mart.



Quid cum terra illi, qui possidet cælum? quid illi cum humanis, qui indeptus est diuina? nisi forte placent gemitus, eligantur labores, amantur pericula; pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis. *S. Pat. Chrys.*
 624.

Amor cælestium Bonorum.

Pro Episcopis.

XIX. FEBRUARIJ.

AVXIBIO Patria Roma fuit; Natales & Census patricij; Indoles à primis annis in Christianam religionem prona. Tam notabilem Ciuem in exilium, qui minimè debebant, parentes egerunt. Cùm enim Nuptias, ad quas hi pro imperio cogere velle videbantur, non posset aliter quàm fugâ declinare, in Cyprum abiit felicissimus Exul. Nam fausto pede cùm in Marcum Barnabamq; offendisset, ab illo fonte sancto tinctus & Christianis iunctus est. Mox Doctor pietatis ex discipulo factus, cùm primitias Deo sacrificulum Iouis peperisset, à Paulo magno Episcopus Soluntis est creatus. Mira dictu res. Vnicus Christi miles AVXIBIVS totam sub iugum Euangelij urbem misit, & ne AVXIBIO careret, alterum Auxibium acciuit & successorem in munere legit, consilium Deo probante. Nam fuit cùm sub arbore somnum cepit hic Auxibius, & noster superueniens spectauit ingens fornicarum agmen à latebris suis ad dormientem iter instituere, vatesque futuræ dignitatis caput eius in coronæ formam ambire. Itaque Auxibio Insulam reliquit AVXIBIVS moriens. Tumulum eius Asylon aiunt fuisse morbidorum. Quin cùm ad hunc è Papho accurrerent XL. ab Orco inlessi, obitus ipse AVXIBIVS his prodijt & cedere sibi, vt æquum erat, è via dæmones fecit.

cit. Ex Suet.



Cum spes misericordie est, cum tempus est ve-
 dia, confiteamur patri, ne iudicem sentiamus:
 prodamus quæ fecimus pietati, ne seueritati co-
 gamur exoluere, quæ tacemus; dicamus indul-
 gentiæ tempore delicta nostra, ne ad excipien-
 dam sententiam defleamus. *S. Pet. Chrys. f. 42.*
 Frequens Confessio.


Pro præsentibus de Misericordia Dei.

XIX. FEBRUARII:

DUm feras venatur CONRADVS, ipse Vena-
tor celo fit præda. Etenim cum, quòd fe-
ræ dumetis se abdidissent, irâ succensu
silvas quoque succenderet, facinusque id nescio
quis pauperculus laqueo iam iam lueret, accur-
rit CONRADVS & innocentem confessione suâ
damnum nummis redemit. Subinde iterum
silvas saltusque sed sanctiùs iam amavit, & in
loco, quem hodie etiam nomine suo nobilitat,
vitam solam agere instituit, iamque calum ca-
ptare, celo retia ponere. Verum cum vicissim
retia illi Cupido strueret, artes ingiendi nuper à
feris edoctus in vepres se nudum abiecit, indeq
iterum faucium Cupidinem risit. Porro Adole-
scenti scelerato & iam iam hastâ è celo transfi-
gendo clypeum preces suas obiecit. Hospitem
Episcop. Syracusanam cum haberet, quatuor in
symbolam à celo placentas accepit, aliàs pro
operis panes recentes. Alij cum carnem illi suil-
lam feria VI. apposuisent, iussit hanc in piscem
abire, calumniamque impa&atam offensus spinis
squamisque elusit. Mortuus in genibus tamen
deprehensus est stationem suam tenere. fatus
vltro luxit siue laudauit potius æs campanum
Neti & Hyblæ. vtraque Ciuitas cum sibi corpus
vindicaret, Hyblenses neque mouere, Netini fa-
cili negotio loculum auferre potuerunt, puse
quod propier Nerinis iam affluuerat.
cum illis habitare, Es

Hac extollunt illa deprimunt.

MRA



S. EVCHERIVS EP.

Quid profuit mortuis inanis gloria, brevis
lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ
diuitiæ, magna familia & mala concupiscentia?
Vbi risus? vbi locus? vbi iactantia? de tanta læti-
tia quanta tristitia? post tantam voluptatem
quàm grauis miseria? *S. Bern. in Meds*
Meditatio Inferni.

Pro oppressoribus Innocentum.

XX. FEBRUARI.

EVCHERIO nascituro Insulam Aurelianensem Angelus promisit; dedit deinde hanc Carolus Martellus; sed idem, cum aures calumniatoribus præberet, pessimo consilio ademit. Excepit Colonia exulem parum iam morantem, qua in parte exilij potissimum viueret, cum exilium esse totum orbem non male iam tunc credidisset, cum Monachum prius quam Episcopum induit. At verò granius iam erit Carolo celo exulare. Certè EVCHERIUS dum inter preces Inferorum erga sua contemplatus est, vidit hunc ipsum Carolum non iam purpurâ sed ignibus ardere, didicitque ob manus sacris iniectas spoliisque pauperum diratos milites (time Ætas nostra) corpore quoque iam pœnas dare. Atque EVCHERIO si fidem non dedit Gallia, certè tumulo potuit dare, qui apertus præter ignium vestigia vacueque tumbæ custodem draconem, nihil ostendit. Itaque, qui exulare virtutem regno iusserat, tumulo etiam exul fuit, cum interim EVCHERIUS celo receptus rideat illos, qui patriam in terris quaerunt, neque vacuum Gallis tumulum ostendat, quando in illo cæci oculos suos, claudij pedes, miseri passim omnes salutem reperiunt.

Ex Strabone.



Nemo dicat, quòd temporibus nostris Mar-
tyrum certamina esse non possint: Habet enim
& pax nostra Martyres suos: Nam iracundiam
mitigare, libidinem fugere, iustitiam, custodire,
avaritiam contemnere, superbiam humiliare,
pars magna Martyrij est. *S. Aug. s. 250. de Temp.*
Edomatio malarum cupiditatum.

Pro Christianis inter infideles.

XXI. FEBRUARI.

NVnquam tam fortiter pro sua Vrbe Ro-
 manus miles, quam pro fide Romana
 MAVRITIVS cū socijs depugnauit. The-
 bæ Legionis Antesignano vt nomine, ita Vir-
 tute par, & cum eodem Religionis hoste Maxi-
 miano Apameæ compositus, quem prior ille
 Agauni in Gallia superauit. Pugnabat Tyrannus
 in pium agmen vinctis, flagris, vncis, equuleo,
 ferro ac flammis; ingerebat quidquid telorum
 carnificum turbæ suggererant. Sed stabat im-
 mota ad hæc omnia fortissima Martyrum pha-
 lanx: gaudebat in vinculis, ridebat ad flagra, he-
 betabat vncos ac ferrum, ouabat in equuleo, in
 flammis triumphabat etiam. Quare ad dolos
 confugere coactus Imperator, cuniculis inui-
 sum haurire animum tentare aggressus est.
 Addicitur proinde mortui filius Photius, & per
 huius iugulam parentis cor petitur; sed repulit
 affectum paternum facile Christi amor, & vicit
 iterum in filio parens. Locus erat medius palu-
 dem inter & flumen, muscis, vespis & id genus
 animalculorum examinibus infessus. Hic vlti-
 mum committit Maximianus. Pendet in oculis
 paternis filij corpus, scopus omnium militum
 iaculis ac sagittis, & quot mortuum accipit vul-
 nera, tot vivo parenti reddit. Stat interim nu-
 dus in acie cum suis MAVRITIVS, palo alligatus,
 melle illitus, innumeris vesparū aculeis confos-
 sus, & tamen vel sic etiam Victor triumphat in
 paruis bestiolis maximum tyrannum; mortem
 que demum obit melle, quo manabat,
 dulciorem. *Ex Meno.*



Ei, qui omnia elargitus est, vniversas opes da-
 to; nunquam Dei liberalitatem vinctes, quamuis
 omnium tuarum facultatum iacturam feceris,
 quamuis te etiam facultatibus adiunxeris; Nam
 hoc quoque ipsum accipere est, Deo aliquid do-
 nare. *S. Nazianz. Or. de Amor. Pauperum.*
 Deuotio erga SS. Missæ Sacrificium.

Pro Sacerdotibus.

XXII FEBRUARI.

Dubites magister primo fortuna PETRUM, an PETRVS deinde fortunam fugerit. Infans fame hūc perisset, nisi vbera, quæ mater dicam an neque carni onituro negauerat, aliena nutrix præbuisse. A fratre nato maximo porci pascendis præfectus, cum numerum reperisset argenteum, cogitanti in quas potius illecebras cum excederet, sedior cogitatio persuasit Sacerdoti dare sacra facture. A Damiano deniq; fratre, cuius velut Petrom somnium postea tulit, iteris admotus, eas prius in ceteris didicit, mox etiam applaudente Italiâ decur; sed memor iniuriarum, quibus Miquis eum excuerat, obediens: cum & ipse ueritas inter summos honores, corpus cepit duriter habere, æstus libidinis rigentes aquis n. ergere, sub veste splendida cilicium seculari; denique inter Anacheretas se abdere, ibique è discipulo Magister sanctioris vitæ miraculis coruscare. Tantam virtutem Pontifex purpurâ ornauit; quam cum nemo vnquã dignius & maiore Ecclesiæ bono tulisset, anno MLXXII. cū vita posuit; vel eo solo nomine, quod Officiū Horariū D. Virgini sacrū in memoriã & vsum pristinū reuocauit, omnib⁹ Sodalibus memorandus, ex cuius diuinissimis scriptis vel hos versiculos, quos suo tumulo inscripsit, recoluisse operæ pretium sit:

Viue memor Mortus, quò semper viuere possis:

Quidquid adest, transit; quod manet, ecce venit.
Quam bene prouidit, qui te male Munde reliquit,
Mente prius Carni, quam tibi Carne mori,
Ex Surio & Barab.

Refugium

peccatorum.

MRA



S. MARGARITA POENITENS .

Ecce qualiter manumittit, quali præmio honorat suam, diabolus seruitutem, ut mors simul & finiat vitam & inchoet pœnam? at qui Christo seruiunt, illusa morte, cum stipendijs sanctitatis perpetuam transferuntur ad vitam, S. Pet. Chryf. f. 114.


Pœnitentia,

Pro Luxurijs,

XXII. FEBRUARII.

MARGARITAM hanc in Perusino agro inuenimus. nitorem eius in iuuentute Amorturpis extinxit, restituit deinde D. Francisci disciplina. Viro nobili olim, imò Veneri seruebat. Is domo quandoque abiit, cane comite. Hæc post dies non multos lacinia prehensam MARGARITAM ad struem lignorum deduxit, oculis, latratuq; rogare visa, vt ligna amoueret. Amouet, Dominum agnoscit; sed iam mortis laruam. Enimvero exhorruit & in alieno vultu suum contemplata, formam, Mundum & ante omnia vitam priorem lacrimis damnat. Et abluerunt hæc breui latentem in cæno MARGARITAM; Vitæ rigor velut scalpellum pulcherriam reddidit, vt iam prodigijs splenderet. Et primò, ne VIRGINIS inmemorem putes vixisse, id precibus exorauit, vt dolores, quos stans illa ponè crucem pertulerat, etiam ipsa persensisceret. Sensit, & sub horam tertiam inter manus multorum collapsa, inde horâ nonâ morienti Christo commori, nec nisi sub Vesperam redire in vitam visa est. Aliàs Crucifixo inhzrens, multa gemitibus rogabat, cum è cruce Christus: *quid vis misera? Illa nihil aliud præter te Domine: agnosce MARGARITA, auara nimium es. aut verò dic, poterásne amplius exigere?* Ex *Ann.*

MINORIBUS.



Quicumque speciem animæ custodire desiderat, peccatum omne materiãq; peccandi summo studio derelinquat. Quid enim sic scedat mentem, Deique deformat Imaginem, quemadmodum scelera? Quot delicta, tot maculæ gignantur in anima. *S. Laur Just. de casto Conn. 6. 2. 2.*
Cultus SS. Imaginum.

Pro rudibus in Fide.

XXIII. FEBRUARII.

Imaginem pictoris pinxit, utinam suis coloribus & tam bonis, quàm bonis ille alios Diuos depinxit! LAZARVS est Monachus idem & Apelles, sed Sanctior illo altero, ut qui non iam Veneres Cupidinesque (oculorum laqueos) sed VIRGINEM & in VIRGINIS sine VIRGINEM AMOREM, aliosque Cæli Indigetes animare pedicillo solitus est, eoque studiosius, quod sub eadem tempora Theophilus Imp. sublata e medio omnia Diuorum monumenta vellet, omnibusque pœnis in eos læuaret, qui non conspuerent hæc pedibusque calcarent. Pugnabat ergo contra barbarum furorem doctâ manu LAZARVS, & periculo reparabat, quidquid ferro ille in templis vel deleuerat vel deformarat. Captus igitur & vltimis tormentis excarnificatus in ipso tamen carcere tot trophæa de Theophilo posuit, quot iconas Diuorum (plurimæ erant) pinxit. Tunc enim uero excanduit irâ Tyrannus, ferroq; & ipso cadenti patronas Diuorum manus eo usq; scædum in modum adussit, dum exanime corpus dolori succumberet. Neque sic tamen afflictus manus victas dedit LAZARVS, sed precibus Imperatricis vitâ donatus continuo in fano D. Baptistæ eiusdem imaginem exornare aggressus est. Idem in alijs templis, sublato e viuis Theophilo, factitauit, felici

semper manu, etsi non haberet

iam manum. *Ex Cyropal.*

& Zona.



Per Christum sensibus in nouatus abiecta saeculi huius figurâ formam tuam in formam tui reduc Saluatoris; ut nouitas sensuum tuorum in tuis actibus eluceat, & caelestis homo caelesti habitu iam gradiatur in terra. *S. Pet. Chrys. N. 120.*

Sequela Christi.

Prae Aedituis & Custodibus templorum.

XXIII. FEBRUARI.

Nesciunt, qui aras struunt ornantq; quam propè absint ab eo, cui struunt, cui ornant. At scire poterunt, si velint. Audierat iam vocantem DEVM NICOLAUS, & monachum indutus aram curabat, cum Christus talem illi se obiecit, qualis inter Apostolos obambulare terras visus est, & iteratò ad signa suis illis verbis inuitavit: NICOLAE *sequere me*. Nimirum erat hoc currenti stimulos addere, contra quos toties hodie (cum DEVS à Mundi vberibus auocat) ignavi cunctatores calcitramus etiam. Nec adeò multù temporis abiit, cum NICOLAO facienti amicus Christus non iam post cancellos, hoc est panis nubem, sed qualem Angelorum oculis homines inuidemus, prospicere visus est; vt post tantos Numinis fauores minus iam miser familiarem NICOLAO cum beatis Aliis consuetudinem; qui, cum Dæmon malus Diuum per fenestram iam iam in præcepsum ageret, auxilio officiosi aduolarunt, territumque in geminos choros diuisi animarunt, mox etiam oculis omnem, quæ in ipsis amatur, spectandam elegantiam propinarunt. S. Dorothea etiam animo inter insultus dæmonis fluctuanti præsentem opem tulit. Sed ego modestiam miror animi in NICOLAO. Prior omnibus in Monasterio cum esset, vt postremus esset, frustra diu supplicabat; tandem orando vndecies millies Dominicam, toties Angelicam precationem, cælum exorauit. Ergo tanti putauit honores vendere, quanti hodie emerent alij.

Ex ligno vite Arn.

V. Vien.



Primum adeptus est gentium S. Matthias,
 quia prius sibi met didicit principari. Sic namque
 ad veri honoris conscenditur cathedram, ut ante
 quis sibi, deinde dominetur & ceteris: Nunquam
 alijs bene præerit, qui sibi extiterit nequam.

S. Laur. Inst. S. de S. Matth.

Humilitas.

Pro conversione Infidelium.

XXIV. FEBRUARII.

Quem locum scelere infando & morte infami vacuum Iudas fecit, eum hodie MATTHIAE virtus occupavit, numerumque numero suo carentem felicissime instauravit, cum nobilissimo Candidato cali etiam vota suffragarentur. Ergo postquam Orbi bellum mouere placuit, MATTHIAE provincia decreta est Iudæa, ob infensissima populi in Christum odia, longè id temporis difficillima. Sed magnis animis hanc aggressus MATTHIAS facile debellavit. In Æthiopiam quoque excurrit, ibi pugnatum verbis ac prodigijs perlatæ, & expugnati multorum animi Christo & MATTHIAE deditionem fecerunt. Interea successu rerum felicissimarum rumpebantur Pontifices, ut populi ita odij in Christianos principes. Neque tamen aliud quàm triumphum parabat invidia. Hunc concessit Pseudopont. cum mortem indixit. Magnum deinde fecit populi concurrentis furor. Ornarunt præ reliquis testes duo mendaces iidemque carnifices, ut qui primi MATTHIAM lapidibus petierunt. Hos ille velut acclamantium symbola accepit, velutique triumphi sui decora tumulo secum inferri præcepit. Denique ut integer suus pompæ honor constaret, secureres, quæ præferri aliàs solebant, ipse triumphator tulit. *Ex Ioach. Perionio.*



Heu quàm lamentandæ vices, quando desperati apud homines possidebunt spem diuinam; & humanis bonis præditi bonis cælestibus fraudabuntur; & hoc facit thesaurus, qui cor hominis aut per Eleemosynam leuat in cælum, aut per Auaritiam demergit in terram. *S. Pet. Chryf. s. 22.*
 Defensio Religionis.

Pro inimicis Ecclesiæ.

XXV. FEBRUARI.

Per gradus honorum, ex quibus alij præcipi-
tes ire solent, ad astra TARASIVS euasit.
Consul principio, tum inter eos, qui ab ar-
canis literis Imperatoribus erant, Princeps; de-
mum Archiepiscopus Constantinopolitanus
Infulam, quam alij gemis ornant, ipse virtutib⁹
ornauit. Has inter easque multas & pulcherri-
mas potissimum emicabat animi demissio, quæ
TARASIVS pauperibus, quos multos & alebat &
vestiebat, quotidie cibos ex sua mensa submit-
tebat, ipse carptor & persæpe (sub festa Pascha-
lia præcipue) ipse dapifer. Atque hac ille virtute
tantum abest, vt auctoritatem suam, quæ erat,
imminutum iret, vt talis etiam Imperatoribus
fuerit formidandus. Supplicem certe ad Aram,
quem regis cohortes per vim abstraxerant, red-
di sibi suus ipse Fecialis fecit. Constantino Im-
peratori, auctore amore vago, repudium medi-
tanti facientiq; vnus ferè sese opposuit, purpu-
ramq; purpuræ, coronam coronæ, sceproque
angustius pedum obijcere nō dubitauit. Quid?
quod vel mortuus viuo Leoni Imperatori ter-
rori fuit. Cùm enim hic nomine etiam suo cru-
delior templa passim & in his imagines Dei Di-
uorumque vastaret, somniauit, TARASII impe-
rio, à nescio quo Michaelè se confossum. Et ri-
sit forte mortem, cum vigil viuere se vidit; sed
die sexto à Michaelè Balbo confossum potuit
dehinc sine superstitione somnijs
credere. *Ex Sarric.*



Memento te etsi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum: sex diebus condidit Deus omnia, & te inter omnia: At verò per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terrarum. O quantum laboravit sustinens carnis necessitatem, hostis tentationes! *S. Bern. serm. 11. sup. Cant.*

Memoria Redemptionis humanae.
Pro aegrotis.

XXVI. FEBRUARI.

PORPHYRIUS Hierosolymæ æger quotidie
 loca sacra cum pedibus non posset, genibus
 obambulabat, expeditissimam viam ad œ-
 lum credens, Christi vestigia. Erat tunc ad pe-
 dem Calvarie montis triste oculis spectaculum,
 iucundum tamen animo obiectum, est Christus
 cruci affixus, & pone felicior est geminis latro.
 Igitur cum latronis verbis etiam PORPHYRIUS
 Senatorem compellasset, iussit hic descendere
 latronem e cruce, & operam ægro ferre. Descen-
 dit, osculum tulit, manus peramanter prehen-
 sum ad Christum ut secum statet, inuitavit. In-
 terea properanti obvius ipse in amplexum. Ser-
 uator ruit, iussitque dulce onus Crucem suam
 ferre, Tulit lubens & vero laboris pretium sani-
 tatem abstulit. Proinde sacris inustus POR-
 PHYRIUS & custodes Sanctissimæ Crucis præte-
 ritus est. Ultimo Pontifex Gaze inauguratus si-
 gno Crucis pluviam e celo supplex evocavit, in-
 famem Veneris statuam deiecit, & Manichæam
 mulierem elinguem reddidit; probavitque hunc
 in crucem amorem ipsum Numen, quando sa-
 pso in puteum tergeminos pueros saluos pa-
 rentibus reddidit & miraculosâ cruce insigni-
 tos. Illud ad posteros memorabile, cum fana
 Gaze nobilissima superstitioni paterent, neque
 demolitionem horum impetrare iam ab Arca-
 dio posset, supplicasse PORPHYRIUM vix nato
 Theodosio, & cum hic alieno nutu assensum
 præbuisset, votorum tandem positum omnia
 Deorum templa destruxisse, Deo deinde aliud
 in Crucis formam ædificasse, & cineri suo, & fa-
 mæ monumentum. *Ex Metaphr.*



Ideo nudi in seculo nascimur, nudi etiam ad
 Baptismi lauacrum accedimus, vt nudi quoque
 & expediti ad cæli ianuam properemus. incon-
 gruum verò & absurdum est, vt quem nudum
 mater genuit, nudum suscipit Ecclesia; diues ve-
 lit intrare in cælum. *Si Max. ser. de S. Mich.*

Læta Paupertas.

Pro Religiosis.

XXVII. FEBRUARI.

ATHANASIAE ANDRONICVM suum iunxi-
mus, iniuriã facturi vtriq; si nunc demũ
diuortium inter eos fecissetur, quos tot
miracula iunxerunt. Igitur Antiochiã agebant
sanctissimi Coniuges, opesque, quæ multa illis
erant, cum cælo cõmunes habebant. Trientem
primum miser, alterũ vici religiosi auferebant:
vltimis domesticis vsibus cedebat. Heredes
cũ binos sustulissent, placuit exinde castitati
potius quàm Liberis operam dare. Interca illos
etiã vno die cælum rapuit. ATHANASIA, vt im-
potens fere matrũ dolor est, immortura mor-
tuis videbatur; sed Iulianus Martyr, in cuius
templo Liberorum Manibus parentabat, docuit
Liberis cælum non inuidere. Quin imo inuidit,
sed rectè, vterq; parens; & vt eodem connitere-
tur, toto assè in miseros abiectio, in diuersa cõ-
nobis abiit. Iam anni iuerant XII. cum vna am-
bos cupido incessit ad sacra Solymæ loca visen-
di. Itaque idem paulò post iter iungunt & agnos-
cit ATHANASIA incognita (virum, quò tutius
peregrinaretur pudor, induerat) ANDRONICVM
suum. Salute datã acceptãq; iter silentio trans-
igitur. Inde regressos exipit eadẽ cella, alteros-
que XII. annos ANDRONICVS cum ATHANASIA
habitãt nescius noui coniugij. Virum nempe
crediderat. Et erat; Mulierem tamen Mors &
schediasma ponẽ caput repertum prodidit. Igi-
tũr Corpus palmis coronatum & elatum trium-
phi speciem non fœneris præbuit, diũque nihil
aliud in ore omnium quàm *Fœmina Mo-*

nachus & Monachus Coniux fuit.

Ex Suriõ.



Demus Deo aliquod tempus vitæ nostræ, ne totum diem infelix ista vanitas & sollicitudo miseranda consumat: ne noctem totam perniciosus somnus & inanis sopor expendat, sed itidem pars diei ac noctis ipsi temporum deputetur Auctori. *S. Pet. Chrysol. c. 21.*

Parsumonia temporis.

Pro otiosis.

XXIIX. FEBRUARI.

E Adem studia & vitæ rationem eandem
 audies in LVPICINO & ROMANO, vt meri-
 tò Fratres credamus Germanos fuisse.
 Ambo siquidem Virginitatem à teneris colue-
 re; ambo hostes, qui ad Nuptias impellebant,
 heu! nimium fortes, parentes habuerè. Pugna-
 uit tamen pro filijs fortior in hos Mors, & illi
 pudorem in eremum extulerunt. Hic etiam
 cum solos se crederent, soli non erant. Aderat
 hostis Orcus & crebrâ lapidatione tyrones ani-
 mos terrebatur, iamq; in eam desperationem ad-
 duxerat timidos, vt in patriam repedarent; cum
 exitinere à matrona pia de turpi fugâ notati
 erubuerunt viris animos à fœmina addi, & vt
 admissum dedecus eluerent, sublata manibus
 Crucis signa in hostem iterum verterunt, totaq;
 Victores Eremo fugarunt. Tum denique cum
 ad signa mortalium plurimi, qui contra Mun-
 dum nomen darent, cõcurrerent, terna castra,
 terna Cœnobia sunt metati, more veteri om-
 nem inde mulierem proscrinentes. Stipendium
 insuper cælum dedit, cum LVPICINO defossas
 opes ostendit. Luxum tamen hic & delicias ci-
 borum seuerâ disciplinâ damnauit, eamque ob
 causam signa duodeni turpiter deseruerunt. Sed
 his quoque reditum ad stationem suam ROMA-
 NUS precibus suis impetrauit. Idem cum apud
 leprosos diuertisset, sordes pedum aquâ, tactu
 verò suo omnem in corpore lepram abstergens
 diuitem hospes symbolam sanitatem
 reliquit. *Ex S. Greg.*

MARTIVS.

- | | |
|----|------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 | S. Swibertus Episcop. |
| 2 | S. Ceadda Episcop. |
| 3 | { S. Vinuualocus Abb.
S. Kunegundis Augusta. |
| 4 | S. Casimirus Confess. |
| 5 | S. Canon Mart. |
| 6 | { S. Fridolinus Abb.
B. Coleta V. |
| 7 | { S. Thomas de Aquino.
S. Equitius Abb. |
| 8 | S. Philemon Mart. |
| 9 | { SS. Quadraginta Martyres.
S. Francisca Romana Vidua. |
| 10 | S. Codratus Mart. |
| 11 | SS. Martyres Antiöchen. |
| 12 | { S. Gregorius Magnus Papa.
S. Theophanes Conf.
S. Isidorus confess. |
| 13 | { B. Henricus Confess.
S. Euphrasia Virgo. |
| 14 | S. Petrus Abb. |
| 15 | S. Longinus Centurio Mart. |
| 16 | { S. Abramius Eremita.
S. Heribertus Episc.
B. Torvellus Eremita. |
| 17 | { S. Patricius Episcopus.
S. Gertrudis Virgo. |
| 18 | S. Eduardus Rex. |
| 19 | { S. Iosephus Sponsus Em̃x Virg. MARIAE.
S. Pancharius Martyr.
B. Sibyllina Virgo. |

S. Ieschi-

- 20 { S. Ioaehinus Pater B^{ne} Virg. MARIAE
 S. Vulframus Episc.
 S. Cuthberius Episcop.
 B. Anskrōsius Sansedonius Conf.
- 21 S. Benedictus Abbas.
- 22 S. Catharina Virgo.
- 23 B. Odo Frangipanes Conf.
- 24 S. Simon Martyr Trident:
- 25 ANNUNCIATIO B. MARIAE VIRG.
- 26 S. Ludgerus Episcop.
- 27 S. Rupertus Episcop.
- 28 S. Guinramus Rex Conf.
- 29 { SS Saturnus & Armozastes M. M.
 S. Eustasius Abb.
 B. Mechtildis Virgo.
- 30 S. Regulus Episcopus.
- 31 S. Balbina Virgo.

Ego flos campi.

MBA



S. SWIBERTVS. E.

Etiam infidelis totum se ei debere non ignorat, quem sui totius non ignorat auctorem: quid ergo ego, qui Deum meum teneo vitæ meæ non solum gratuitum largitorem, sed insuper etiam copiosissimum Redemptorem, æternum conservatorem? *S. Bern. de dilig. Deo.*

Gratiarum actio pro Beneficio Creationis.
Pro periclitantibus in Mari.

I. MARTII.

HVius etiam splendorè multò antè quàm nasceretur, stella nuntiauit, in Matris lectulum visa delabi. Propitium certè si-
 dus in SVVIBERTO Hollandi, Daci, Lotharingi, Brunouicenses, Frisones, VVestphali, Saxones, Colonienses alijsque agnoscunt, vt quibus omnibus fidem ille in superstitionis nocte prælu-
 cere cœpit, cùm primùm anno quinto decimo inter viros religiosos adlectus fuit, multè magis postea, cum facere hoc impositum munus Episcopi iussit. Sed & Numen calculus suo Apostoli officium confirmauit, quando vincum à Germanis, misso Genio bono, è carcere eduxit. Testes porro dicenti accesserunt præter alios cœci, surdi, muti, dæmones adeo ipsi & tres demortui; illi sani omnes à Diui manu, hi vel pulsi vel in vitam reuocati. Atq; hos inter adolescentem memorant, cui vocabulum Splinterus erat. Hic SVVIBERTO templum anni superstructum sacranæ, dum cymba ludit incautus, excidit & aquis haustus mœrore festum diem contaminat. Parentes alieni à diuino cultu defunctum in sanum proximum inferunt, & frustra omnibus precibus armatas Martis aures pulsant. Nimirum vitam ille redderet, qui auferit omnibus? Quod tamen huius non potuit, IESV nomen inuocatum à SVVIBERTO potuit, & puer in vitam reuocatus plures à superstitione reuocauit. Denique Stella nobilis SVVIBERTVS cùm diu in terris egisset, locum suum, ex quo venerat, repetijt.

Ex Suijs.



Time, o homo, quod in terribili iudicio ei presentandus es, in cuius manus horrendum est incidere, & eo examinante, quem nihil latet. Si inuenta fuerit in te iniquitas, alienandus es ab uniuersitate quietis & gloriae, & segregandus à numero Beatorum. *S. Bern. S. de Nouis.*

Timor Tribunalis Diuini.
Pro auertendis Tempestatibus.

II. MARTYR.

Mortem ut ne timeas; time Lector. neque enim illi olim timent, qui nunc timent id quod CEADDA Merciorum & Lindisfarriorum in Anglia Episcopus manifestum faciet. Obijt ille Anno post Orbem restauratum Septuagesimo secundo supra Sexcentessimum. Gremium mortuo MARIAE templum prębuit, ipse agris asylon tumulum suum, cuius pulvis haust⁹ morbidis quamplurimis salutis fuit. Cæterum solitus est, dum vixit, quoties vehementior cælo ventus Insurgeret, humi se abijcere magnisque vocibus *Misericordiam DEI* implorare: iam cælo grauius succensente, & fulgura tonitruaque miscente, ad templum fugere & aram; neque ibi prius sibi à lacrimis temperare, quam iterum Sol rideret. Causam interrogat⁹, respondit, ex his veluti præludijs æstimare se illum supremum ac decretorium diem. Vtique minus tunc hominem fulgurantē ludicis oculis & fatalem ab arcu sententiam detonantem laturum. Sed talis CEADDA nunquam magis serenum Cælum quam moriens aspexit. Siquidem septem continuis diebus aspectabiles è cælo Angelos habuit, qui ad cæli gaudia invitarent emeritum, utque aures faciles impetrarent, ah! quali Musicâ has demulserunt. Ultimo cum iisdem Frater CEADDAE adfuit, qui cùm nuper adeo in cælum iuisset, viam scilicet nunc Germano monstravit. Ex *Benedicta Hist. Eccl. Gent. Angl.*

Tanquam lignum aquarum fontibus irrigatur

MRA



S. WINWALOCVS C.

Magna & rara virtus est, vt magna licet ope-
rantem magnū te nescias & manifestam om-
nibus tuam te solum latere sanctitatem; mira-
bilem te apparere & contemptibilem te repu-
tare. hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico.
S. Bern. f. 13. in Cant.

Contemptus sui.

Pro iactatoribus suarum Virtutum.

III. MARTII.

EX regio sanguine Anglorum se ortum
VVINVALOCVS vel ex hoc ostēdit, quōd
 puerulus iam omnia præ se despexit, id
 demum regium ratus non terræ particulam a-
 liquam, sed omnem omnino pedibus Mundum
 subdere. Sed Religionem cogitanti obstiter Pa-
 ter, magnum apud filios nomen & pietatis bo-
 die etiam remora. Disiecit tamen etiam hos
 obstaculū fulmen, quod deprehensum in cam-
 pis patrem tam diu humi affixit, dum filium
 cælo & religioni non inuideret. In hanc rece-
 ptus magnis statim ostentis cœpit eminere. Il-
 lud, puto, multis non lectu minus, quàm scri-
 ptu nobis iucundum erit. Sororcula **VVINVA-
 LOCI** Anserem domi habebat familiarem. Huic
 dum incautius (vt fere fit) colludit, ecce in vul-
 sum delicias facientis hic inuolat, ferratōque
 osculo oculum exsculpsit deglutitque, heu! ni-
 mis delicatum nequam stomacho cibum. Lusca
 puella alterum etiam oculum plorando vide-
 batur amissura, cū cælestis Alitis monitu
VVINVALOCVS superuenit, prædonem oculi
 Anserem medium secat, erutumque oculum
 loco suo reponit, ipsum etiam Anserem ad gre-
 gem suum amittit, nimis miti in improbum
 animal supplicio. Sed quid Anseres reprehendi-
 mus? libentiùs audiemur **VVINVALOCVM** lau-
 dare. qui centies & nocte & die in genua se ab-
 ijcere solitus, cū obitum suum pridie ab An-
 gelo didicisset, fecit mane, & ad aram ipse
 quoque Victimam placidissimā
 morte procubuit.

Ex Surio.



Si aliqui de nobis vel malè fingendo, vel malè
 credendo famam nostram decolorare conan-
 tur, adsit conscientiae solarium, quòd merces
 nostra magna est in caelis, etiam cum dicunt
 homines multa mala de nobis pie tamè iustèq;
 viventibus. *Aug. de bon. Viduit.*

Benigna alienorum factorum censura.
 Pro temerè iudicantibus.

III. MARTIS.

Nulla tam in diademate **KVNEGVNDE**
 gemma, quàm in ipsa **KVNEGVNDE** Vir-
 ginitas splenduit; quæ ut cæli oculos
 mirè recreauit, ita Cacodæmonis vsque adeò
 perstrinxit, ut, quando extinguere non poterat,
 offuscare saltem sinistris apud animum **HEN-**
RICI suspicionibus sit admissus: Sed prouocauit
 ad flammam Iudices Innocentia, & innoxius
 à ferro candenti pes egregium inculpato animo
 testimonium dixit. Porro eum tori castissimi
 custodem mors abstulisset, verita **KVNEGVNDIS**
 tantum thesaurum mundo concedere, in **Cau-**
fungensem, quem ipsa struxerat, Parthenonem
 cum eo se abdedit; cuius disciplinam cum **Vta**
 neptis eius laxaret, verbis sæpius nequidquam
 increpitam, tandem etiam manu obiurgauit,
 & digitorum luculentas notas in gena ista re-
 liquit nulla deinceps arte confusas vel deletas:
 Morituræ de cælo **Henricus** obuiam iit, ad si-
 stendum Iudici orbis miraculum, Imperatores
 Coniuges sed Virgines: ad tumulum eius multis
 vita reddita; qui cum **KVNEGVNDEM** matrem
 suam salutarent, probarunt immeritò Virgini-
 tati sterilitatem obijci; quid? quod nec ipsa gle-
 ba, sub qua Virgo cubat, infæcunda fuit, sæpe in
 thus & far conuersa, persuasura mortalibus, ne
 fragrantiores esse Castimoniâ virtutem,
 neque felicius vllum germen,

Ex vita apud Gret.

serum.



S: CASIMIRVS. C:

Quousque caro misera, insipiens, cæca, de-
mens, ac prorsus insana transitorias & caducas
quærit consolationes, imo desolationes: si forte
contingat repellî & indignum iudicari cælesti
gloria, & æterna cruciari pœna? *S. Bern. s. 6. de
Adv.*

Fuga illecebrarum sæculi.
Pro moderatoribus iuuentutis.

IV. MARTII.

CASIMIRVS Casimiri Regis Poloniae F. ne-
 dum ephebis egressus in ipsa iam adyta
 Sanctitatis est ingressus. Coronam Vnga-
 riae quanto alij studio vel ambire vel rapere so-
 lent, tanto ille repellere à capite suo adlabora-
 uit. Summa hyeme nudis pedibus noctu tem-
 pla obibat; purpurâ non corpus sed cilicium te-
 gebat: somnum humi capiebat, gnarus nus-
 quam alibi tam securos castitatem somnos
 dormire. His studijs occupatum morbus inua-
 dit. Lamentantur parentes; illacrimatur aula;
 adgemiscunt regna. Circumstant interea lectu-
 lum medicorum turbæ medicinam facilem
 Nuptias suadent, concessam ægro voluptatem.
 Sed noluit ille viuere, nobilissimâ animæ parte
 Virginitate emortuâ. Itaque ne non virgo mo-
 reretur, luuenis moritur, dignus qui in omni-
 um ore ac calamis viuat. Et verò viuere etiam
 post mortem Poloni compererunt, cum candi-
 dissimo equo inuectus contra Moschos mouen-
 tibus Dux adfuit, & traductis per aquas com-
 pendium ad nobilissimam victoriam monstra-
 uit. Quin cû anno obiisset à pariente VIRGINE
 M. CCCC. LXXIII. anno deinde M. DC. IV,
 corpusculam Virgineam vnâ cum versibus,
 quos in laudem VIRGINIS parauerat secumque
 tumulo inferri mandauerat, integerrimum est
 repertum. Legant hoc ij, qui insuper habent
 maestare quotidie castitatem; cui tamen Moss
 ipsa non nisi volenti vim facit; quin mor-
 tua etiam timet manus inferre.

Ex vita.



Fides viuida & catholica est, quæ velut quod-
dam Aternitatis exemplar præterita simul &
præsentia & futura sinu quodam vastissimo
comprehēdit, vt nihil ei prætereat, nihil pereat,
nihil præeat. *S. Bern. f. 6. de Vig. Nat. Christ.*

Gratitudo pro vocatione ad Fidem.
Pro Infidelibus.

V. MARTII.

INter primos Ecclesie flosculos CONONEM etiam numerabis, ut quem ætate Apostolorum floruisse scribunt. Huic etiam nepotum magis quam Virtutis cupidi parentes vxorem obtruserunt. Sed CONON è Sponso Paranympus factus Virgini auctor fuit, in Christum potius amores suos transferret. Ita Virgo uterque Coniux vixit. Ut tamen non steriles fuisse autumes, Christo parentes suos genuit CONON, magnamque aliam & nunquam morituram posteritatem miracula post se reliquit. Ipse Angelorum primipilus Michael visus edocuit CONONEM, qui rite sacris vndis tingendum se præberet, epuloque sacro scitè hospes accumberet. Dolebis credo, qui hæc legis, iuuentuti similem Magistrum deesse. At cælum id iægemiscit potius, magistro huic similes hodie Discipulos, Conones deesse. Sed quid Discipulum voco, qui Doctor sanioris doctrinæ parentibus, quemadmodum diximus extitit, eosque non nasci modo Christo, sed mori pro Christo docuit: ipse quoque flagris ad columnam religatus, & ad internecionem flagellandus, nî inuitum tormentis Christiani eripuissent? Superstitionis hostis maximus palam Orcum fateri coegit, nihil Numinis sibi inesse, fuerantque mali dæmones Iudus CONONI. Certè pro imperio suo in illos, alios agris custodes addidit, alios testis clausos terrâ abdidit, & orbe terrarum vel mirante vel ridente, ædes inædificauit pessimis fundamentis.

Ex Menaiæ.



Considera quàm multi nunc moriuntur, quibus si vna hora ad pœnitentiam concederetur, quæ tibi concessa est, quomodo per Altaria & quam festinanter tamdiu suspirarent, donec peccatorum veniam à Deo consequi mererentur. *S. Bern. l. de Int. Dom. c. 1.*

Oratio pro Mortuis.

Pro raptoribus Bonorum Ecclesiasticorum.

V I. M A R T I I.

Felices Exules, qui vt patriã quærant, exentur patriã! His FRIDOLINVM iure accenseas. Hibernus domo ex prima nobilitate, tunc gentilitia decora se aucturum credidit, si superstitionem expugnatum iret, patriamque fidem extra patriam proferret. Igitur Fidei signa Rauracis aliisque Rheni accolis intulit & rebelles nuper cælo animos longè plurimos debellauit. Sub hæc visum est rei Christianæ tutandæ munitionem Cœnobium exædificare. Id, quod hodie videmus Sæckingense est, cui condendo Ursus vir apprimè nobilis patrimonium suum deuouit. At inuidia etiam hinc cælo diuitias suas inuidit. Doluit Frater Ursi Landulphus in hereditatem paternam secum DEVM venire, & homo, fratre demortuo, ausus est DEO sua eripere. Magis FRIDOLINVS indoluit; &, quia testis è viuis nemo vnus suppetebat, ad mortuos prouocauit. Audit in tumulo Ursus, prodit & cum FRIDOLINO millia passuum V. Ranckürchium (ibi enim fortè ius Prætor dicebat) contendit, testis vtique omni exceptione maior. Nempe minimè placere Landulpho iudicio cum morte contendere; vltro etiam suam portionem heredi DEO cedere & assem iam promittere, qui semissem nuper negauerat. Quid ad ista vos, quibus hodie hereditate suã cælũ excludere familiare iam est? inò vos, quid? qui donatam à Maioribus vestris ereptum iterum itis. Ad illos, ad mortuos inquam prouocant sacra & sacri homines. Non surgunt, dicitis?

at timete. Surgent,

Ex Vita.

MBA



COLETA.

S.

V.

Vide & considera, quanta sit erga te dignatio
Dei tui, & obliuiscere populum tuum & domū
patris tui: desere carnales affectus, seculares mo-
res dedisce, à prioribus vitijs abstine, consuetu-
dines noxias obliuiscere. *S. Bern. S. de Mt. Aque in Vin.*

Carnalium Amorum extirpatio.
Pro ijs, qui Deo Castitatem deuouerunt,

VI. MARTII.

COLETA in viuis iam eaſpectacula meritis,
 quæ puris mentibus CHRISTVS olim pro-
 miſit, vt quæ Hunc & Cælitæ alios fami-
 liares quotidie in oculis habuit. Quare vaticini-
 ſijs ac miraculis clara & à D. Ioanne Apoſtolo,
 anulo CHRISTO deſponſa, ab hoc ipſo tandem
 in cælos deduci viſa eſt. Epulum Eucharifticum
 ingenti fame appetijt; & hinc, fauore in paucis
 memorando, eundem conuiuatorem & cibum
 quandoque naſta, CHRISTVM è CHRISTI mane
 accepit. Aſpera quæq; ferre eius amore ita aue-
 bat, vt omnes Martyrum cruciatus lubens vo-
 lens perſenſerit, toties prope Martyr dicenda,
 quot Martyres cælum numerat. Sed ad id im-
 pulit nimirum Seruator, qui ei tormenta, quæ
 exantlaſſet, quibuſque membris, ſingula ipſe
 omnia enarrauit. Adde, quod primo omnium
 loco erat ponendum. Precanti in conſpectum
 MAGNAMATER ſe & FILIOLVM ſuum dederat;
 ſed nõ eum, qui è ſinu vel MATRI vel COLETAE
 arrideret, ſed qui vnum iam toto vulnus cor-
 puſculo, lacrimis ſuis commiſerationem vide-
 retur atque opem expoſcere. Adiecit FILIO ad-
 gemiſcens MATER, illam etiam hodie facinoro-
 ſorum crudelitatem eſſe: vtrique pueritiæ eum
 primis, quæ vix natum CHRISTVM, vix ipſa na-
 ta, non iam vno concidit vulnere. Quin quod
 placet præuenire Iudæorum manus: Puerum
 CHRISTVM in crucem pueri agunt, nec ſemel
 agunt. Superi! quid gigantes facient, quan-
 do bellum cælo pumiliones infe-
 runt? *Ex Steph. Inſ.*



Nescit vincere vitia corporis, qui deponit
 Cingulum Virtutis: Cincti ergo Castitatis Bal-
 theo, quod est insigne militiae Christianae, flu-
 xam carnis detruncemus ignaviam, & regis
 nostri expectatione vigiles, insomnem saeculi
 somnum nesciamus. *P. Chrysol. s. 22.*

Tutela Castitatis.

Pro periclitantibus de Innocentia,

VII. MARTII.

THOMAS Aquinatum Comitū sanguis, in-
 fens oblata forte in scheda verba, quibus
 MARIAM salutamus, illico deuorauit, bel-
 laria omni Infantix danda. Puer in bullā suā
 Mundū agnouit, eōq; ad D. Dominici castra cō-
 fugit; sed retractus à tam generosâ fugâ egregiā
 pugnam edidit, Venerēmq; ab inimicis do-
 mesticis subornatam, & faces sibi admouentem
 raptis è foco armis in fugam agens nouo stra-
 tagemate ignes ignibus elusit. Ita vbi debella-
 tum est, victoriam gratulati Angeli, Balteo Vir-
 ginitatis victorem exornarunt. Ille postea do-
 ctrinam viriūti socians ita de Republ. Christia-
 na meruit, vt inter Doctores sanctiores Princeps
 habeatur. Certē pzclaram censuram CHRIS-
 TVS è cruce tulit illis verbis: *Bene de me scripsisti
 Thomas; merces tua qua erit?* Superi, quibus stu-
 dijs veteres verbum illud BENE emendicarunt?
 De stipendio quid dicam? dum pzter ipsum,
 de quo scripserat, petijt nullum, maius non po-
 tuit petere. Ad aram porrò cū fecisset, solen-
 ne habuit facienti deinde alteri pro ministerio
 assistere, vt qui idem amant facere in pietate
 discipuli, illud facere se sciant, quod prior An-
 gelicus Doctōr fecit. Denique in vnam DEI glo-
 riam coniecit oculos; atque hinc à morte stellā
 pzctus insignis, dixit eam purā animi intentio-
 ne se meruisse. Itaque astra in quæ collimauit,
 facilè obtinuit: nos quia oculo non cælum am-
 plissimum, sed Scopum Terram pusillam sta-
 tuimus, toto cælo erramus. *Ex Str.*



S. EQVITVS. C.

Non debet fidelis anima, quæ Angelorum
 consortia cõcupiscit, dæmoniorum lûsibus de-
 lectari; quicumque vel est Templum Dei, vel esse
 desiderat, sollicitè caueat, ne vana sectando de-
 siacns esse templû Dei fiat habitatio tenebrarû,
 fiat Dæmonis monumentû. S. Max. de Circumcis.

Compositio morum.
 Pro osoribus disciplinz.

VII. MARTII.

Quod paucis datum est, castitatis donum
EQVITIVS Angelorum beneficio cōsecratus est, qui omnem libidinis fomitem auferre à dormiente sunt visi. Qui nosse cupit, qui sibi Angelos tam demeruerit, nouerit precibus id fecisse castis, quas si in carnis lucta cum **EQVITIO** plures funderent, plures etiam hostes funderent. Cæterum eude donatus miles noster nihilominus pro castitate sedulus vigilauit. Quare cum Basilium Magum recipere inter Monachos cogeretur, palam edixit dæmonem sub Monachi larua latere, quam illi tunc detrahit, cum virgo è velatis febris correpta vnius Basilij opem inelamauit. Rectius enim **EQVITIVS** hanc curauit, Basilio Medico extra septa Monasterij eiecto. Alterum dæmonem ex altera Virgine proscripsit. Sed ille bellè se purgauit, cum otiosum lactucæ insedisse, & gulosa dentibus vltro petitum se & deuoratum dixit, utique leui manu, quæ crucem duceret, abigendum. Porro alterum donum ab Angelo tunc tulit, cum linguam eius hic ferro tetigit, ut iam, etsi vellet, tacere de Deo non posset. Quòd tamen sui contemptum in moribus etiam & vestibus præ se ferret, obsistere dicenti ad populum Pont. per nuntium cogitabat. Sed vterque aliter monitus à cælo, cœptis destitit. Mortuus deinde **EQVITIVS** tamen suos à Langobardorum vi defendit. Cum enim hi trucidandos monachos à templo Diui abstraherent, hostibus hic alios hostes demones malos immisit. Ab his infessi Langobardi obsidionem scilicet cænobij soluerunt. *Ex Dial. S. Greg. t. 1. c. 4.*

A periculis cunctis libera nos Digno

MBA



S. PHILIPPO. M.

Spirituales piratæ metuendi sunt, qui nō solum corpora hominū, sed & animas spoliare cōsueverunt; qui nō tam aurum mundi quàm aurum fidei auferre nituntur; qui nō tam seculi substantiam, quam Christi sapientia deprædantur.

ur. S. Max Hom. de non timend. host. Carn.

Constans F. dei Confessio.

Pro Simulatoribus Religionis.

VIII. MARTII.

Dedit hodie Cælo risum PHILEMON, cum terris tantum pararet nimis doctus mortuus. Apollonius Christianus sacrificare Dijs iussus, cum & scelus facere, & nō faceret pœnas dare metueret, auro PHILEMONEM corrupit, iubetq; ut APOLLONIUM interim induat, dum sacrificet. Ille dū APOLLONIUM veste, vultu gestuque mentitus omnium oculos, & quod mirere, suos adeo fallit, repente aduertit non vestem modo, sed animum etiam Christianum se induisse. Crucis signo (ipse se miratus) armat. Negat dæmonibus litaturum. Deniq; iam non agere Christianum, sed esse talis videtur. Nempe furere Apollonium exclamat Præses Arrianus, iubet Tibicinem PHILEMONEM adesse, qui mulceret insanientem. Mox re omni intellectu cachinnam tollit, acclamat, plaudit, bellissimam fabulam multis laudat, nimisque bene simulasse PHILEMONEM Christianam religionem ait. At PHILEMON serius iam soccos exuerat, & cothurnos induerat. Quare ad precēs eius tibiæ igne cælesti exustæ; ipse, cum manus ad mouere & aquam nemo auderet, à cælesti manu è nube aqua primum, mox sanguine suo, flagris cæsus, frustratus est. Inde vnâ cum vero Apollonio traiectis ferro pedibus per urbem raptatus. Ultimo ad Arboris truncum religatus & sagittis impetitus est. Sed hæc omnes vel in aëre steterunt, vel in arborem exerrarunt. Vna etiam viam reliquit, oculoque iudicis Arriani hæsit. Vidit tamen hic etiam, quam ante non viderat, fidei lucem, iniecto (cōtra quam fieri amat) in oculum est PHILEMONIS tumulo puluere. *Ex Metaph.*



Vani inspectores sumus, & laudatores impro-
 bi, cum Sancti coronantur & accipiunt pal-
 mas, eo quod in agone legitime certauerint, si
 non & ipsi pro modulo nostro ad ea pertinge-
 re laboramus. S. Hildeph. S. de assumpt. B. M. V.
 Magnanimitas Christiana.

Pro desertoribus Religionum

IX. MARTII.

Ambulauerat per omnes cruciatus impietas, & exhausta tellus nulla iam reliqua tormenta habuit; cum ecce ad Aquas & Aërem est itum. Nudi sub frigidissimo cælo XL. Heroes Sebasteni in lacu collocantur gelu rigente. Sed thermas putasses, ita nunquam aliàs maior in omnibus ardor eluxit; si vnum modo excipias, qui ex Martyre transfuga factus, ad balnea, quæ crudelis impietas, vt virtuti insidias faceret, ponè litus statuerat, sese recepit. Sed inuenit ibi continuò mortem, qui vitam qua fuerat, victurus, si mortem non fugisset. Interea cælo coronæ XL. delabuntur, & singulorum Martyrum capita ambiunt, dumq; vnã de custodiis aliquis vacare spectat, non negligenda regna, quæ cælo venirent, existimãs, simul Christianum se clamat, simul in aquas insiliens numerum felicissimũ restaurat. Hunc generosum vnus saltum omnes tibijs fractis luẽte: quã verò in cælum pedum passibus, & non animis iretur. Inde, vt nullum non elementum triumpharent, ad rogum rapiuntur. Sed dum Melithon negligitur natus minimus, ecce tibi mater adest Spartana, sublatũque in humeros ad cumulum reliquorum asportat, eo animo, vt superesset, vnde animos morienti filio adderet. Exuisse hanc alij matrem dicent; ego melius meruisse de filio puto, cum sic ad rogũ humeris, quàm cum olim vtero ad vitam ferret. *Est S. Bas. hom, 40.*



Solent Angeli astare orantibus & delectari
 in his, quos vident leuare puras manus in ora-
 tione: holocaustum sanctæ deuotionis gaudent
 se offerre Deo in odorem suauitatis. *S. Bern.*
Hom. 3. super missus.

Imitatio Angelicæ puritatis.

Pro Inuerecundis.

IX. MARTII.

Cœlum non terrâ habitasse FRANCISCAM
 credo. Ita semper aut cælû cû FRANCISCA
 aut FRANCISCA in cælò fuit. Agræ Medi-
 cus D. Alexius astitit; Assisium pergens itineris
 comitè ipsum Frânciscum habuit. Gabriel modo
 Inferos ei, modo cælos monstrauit. Tutelaris
 quoq; cû Filio Euangelista nuper mortuo super-
 ueniens Archangelum se esse prodidit; Nempe
 semper deinde aspectabilè habuit inuidiâ Soli et-
 iam sereno facturû. Certè ad eius vultû recitare
 VIRGINIS officiûm (& recitabat à primis annis
 quotidie) etiâ nocte poterat; ipse cõcussa solum
 cælarie (fulmina prodire videbantur) orci laruas
 fugabat. Idem cûm perperâ aliquid gestum erat,
 erubescere visus, imo quandoque subducere se.
 Semel etiâ FRANCISCAM, quòd aurè profanis ser-
 monibus licet inuita præbuisset, pugnû impe-
 git, què quidem (audaces nos!) etiam cûm ac-
 cersimus prætextata verba, non metuimus. Iam
 sub vltimos vitæ dies hic Nobiliori Angelo lo-
 cum cecidit. Ipsa Cæli RÆCINA sæpè sæpius aspe-
 ctu suo FRANCISCAM recreauit, FILIVMQ; ad am-
 plexus & oscula propinauit. Hic ipse quoties de-
 cumbenti assedit, dictisq; animum demulsit, vel
 mutus solatio futurus? quoties se cibû præbuit?
 quoties, vt in amans oculis luderet, in omnes
 formas se mutauit, & nunc nasci iterum agere,
 que quæ puer egit, nunc pugnas veteres pugna-
 re mortemq; obire iterum, triumphare ite-
 rum visus est? Sed & Agnum iterum induere,
 & ex lateris fonte illud Nectar fundere sitienti
 voluit, quod omnes olim biberemus, nisi mun-
 di lacunas sitiremus, *Ex vita,*



Si vis habere misericordia Angelorum, fuge
 consortia seculi & tentationibus resiste Diabo-
 li. Renuat consolari anima tua in alijs, si vis in
 Dei memoria delectari. *S. Bern. s. 4. in ps. Quia
 habitat.*

Gustus Cælestis suavitatis.

Pro terrena sapientibus.

X. MARTII.

ADeste & aures aduertite qui Matrem, qui
 vbera matris & sinum clamatis molli-
 culi: suum etiam Superis lac est. Matrem
 CODRATVS in cunis amisit, neque tamen non
 molliter est educatus. Et enim nube miraculosâ
 implicitum Numen fouit, & Ambrosia scilicet
 enutriuit delicatum. O pluribus cæli hanc in-
 stillate, plures vt CODRATOS habeamus! Nami-
 rum à cælo lactatus cælum sapuit, cælum spirauit
 CODRATVS, & cæli amore, etsi medicus a-
 liorum prolongaret, suam ipse tamen vitam
 inò mortem contempsit. Ecce enim verberant
 crudelem in morem CODRATVM tortores. Aë-
 rem, non CODRATVM verberant. Nunc minas
 Iason Præfectus, nunc blandicias ingerit & pro-
 missa. Surdus est Martyr. Raptatur cum socijs
 ad supplicij locum. Ad epulum ire sibi visi sunt,
 atque vt scires, quanto gaudio imbuti, cum
 cantu iuere, & illo, si Iudices vel Cælurum au-
 res rogasses, longè suauissimo. Iam vero eum
 capite sunt truncati, gaudio demum diceret ex-
 silijse. Terra quoque applaudens eo in loco,
 quem sanguine pinxerunt, fontem reddidit,
 sed: qui Christianorum pro Christo
 mori-volentium non pelleret
 sed: accenderet sitim.

Ex: Suetio.



Cui in periculis palpitanti & trëpidanti in-
 uocatum I E S V Nomen non statim fiduciam
 præstitit, depulit metum? Cui in aduersis diffi-
 denti iam iamque deficienti, si Nomen adiuto-
 rij sonuit, defuit fortitudo? *S. Bern. s. 15. sup.*
Cant.

Deuota Nominis IESV inuocatio.

Pro Anxijs & Serupulosis.

XI. MARTII.

ANno partæ salutis CCCVI. eo furor
 Imp. Maximini barbarus Antiochiæ per-
 uasit, vt neque famem crudelem exten-
 per craticulas Christiani lenroque igne assari
 exsaturare, neque surim cruentam flumina iam
 sanguinis possent sedare. Tantum vero abfuit,
 vt ad hæc exhorresceret Christiana Philoso-
 phia, vt sponte suâ (Numine vtique iuuante)
 ad mortem per præcipitia & vndas ruerent,
 promptiores ad excipiendam mortem, quàm
 ad inferendam tyrannus. Inter hos iure suo
 laudem hodie fert Matrona (Pelagiam Ambro-
 sius dicit) cum filiabus geminis. Hæ Antio-
 chiam ducendæ pulcherrimè se exornarunt,
 iterque scemine pede ac animo virili sunt in-
 gressæ. Ex itinere Mater non quidem Vitæ sed
 tamen pudori Virginum timere cepit, non
 ignara quoties hic ludibrio tyrannis fuisset. Et
 iam è geminis tyrannis plus puer Amor Maxi-
 mino terrebat, cum Numen animos addidit, vt
 è ripa in subiectum flumen generoso saltu se
 abijcerent, Venerem in regno suo expugnatu-
 re. Diu, veluti iustitabundæ choreas ducerent,
 secundo flumine descenderunt. tandem hau-
 stas inter preces vortex placidè recepit. Corpo-
 ra vndæ neque exanimæ disiunxerunt, imo vt
 scire Nymphis nostris scires, vestibus suis
 quàm decentissimè testas ad littus exposue-
 runt, cum littus æternum meliusque du-
 dum animæ tenerent. *Ex Ambros.*

Et Euseb. Chron.



Totis medullis cordium, totis precordiis
 rum affectibus, & votis omnibus MARIAM ve-
 neremur, quia sic est voluntas eius, qui totum
 nos habere voluit per MARIAM. *S. Bern. S. de*
Nativ. B. M. V.

Veneratio Imaginum B. MARIAE V.

Pro Peste auertenda.

XII. MARTII.

Vltro mendicabilis ianuæ paterent, si ka-
 titantem in ijs CHRISTVM vel Angelum
 cerneremus. Tales hospites GREGORIUS
 habuit, & ob eam pietatem summum Pontifi-
 catum tulit. Ad hunc euectus inter primas cu-
 ras habuit medicinam gregi suo quærere, quem
 pestilentia totâ passim Italiâ, sed Romæ potissi-
 mum lacerabat. Placuit, morte tam atrociter
 grassante, ad MATREM VIVENTIUM confugere.
 Huius proinde effigiem cum totâ vrbe suppli-
 cabundus circumtulisset, Angelum vidit, qui
 iratum iam diu capitibus ensẽm vaginæ redde-
 ret; & aërem noxium purgari vel inde animad-
 uertit, quòd in eo cælestes voces gratantes CAE-
 LI REGINAE de morte victoriam audiit, ita ser-
 uatis domi ciuibus, foris etiam Christianum
 Imperium amplificauit, adiecto Anglorum re-
 gno. Libros deinde lucubrare est aggressus, qui
 etiam hodie Doctorem suum SPIRITVM S. pro-
 bant, quem quidem specie columbæ obuolitan-
 tem capiti eius non vnus vidit. Sed & ad preces
 illius Angelorum panis in carnem abiit & hæ-
 sitanti feminæ fidem mysteriorum fecit. Tale
 celumen Christiani orbis subruere tamen Mau-
 ritius Imp. cogitauit. Sed mox impiæ mortis
 consilium morte ipse non vnâ luit, toties mor-
 tuus priusquam moreretur, quot sub securi Fi-
 lios vidit mori. Ipse idem fatum cum coniuge
 cõtra omnium parentum vota vltimus subiit.
 GREGORIUM verè mortuum ferunt ann. DCIV.
 sed rectiùs viuere illum etiam num, & immor-
 talem viuere in suis libris dicemus. *Ex Surio.*



Si in hac vita dolet esse pauperem, & in ho-
 morum, quale est in perpetua patria de cōtem-
 ptu dolorem, de ignobilitate pœnam, de nudi-
 tate opprobrium sustinere? & tunc addici pœ-
 nis, quando pauper ducitur ad confessum Dei,
 & diues trahitur ad supplicium punitorum?
 S. Pet. Chryf. f. 22.

Contemptus fastus secularis.
 Pro Agricolis.

XII. MARTII.

ISIDORVM rusticum Virtus nobilitavit. Inuide-
 dere vos, quibus honorum titulos vel cunæ
 alienæ donarunt, vel numi turpiter mercati
 sunt. Quod si ridere serico cachinno terræ fi-
 lios lubet, cur non eodem risu excipitis Ange-
 los, quos ISIDORI vice, dum hic precatur, sul-
 care non iam Aërem pennis, sed aratro terram,
 custodire non iam homines, sed hominis mu-
 los, & baculo in lupos pugnare conspiciatis? Ni-
 mirum, quorum conspectum vos horrorem,
 præsentiam nauteam ducitis, cum his nobiles
 cæli ciues esse delicias suas putant; vos hircum
 interim his oletis; vobis cum omnia adfunt,
 omnia desunt; at ISIDORO cum libuit, olla pul-
 tes dedit & pauper mensa pauculis structa, ho-
 spites eadem totos pauperum manipulos ad-
 misit saturósque dimisit. Ite iam & scepro im-
 perate hominaculis timidis. Opilio noster ba-
 culo rudi toti naturæ imperat, & nunc aquas
 iubet ire, vbi non sunt aquæ; nunc quos vos ti-
 metis morbos, & quam vos fugitis mortem
 fugat. Vos generosos terræ vermiculos, ac in
 prædam cedatis ignobilioribus vermibus, fru-
 stra myrrhæ armant, frustra balsama propu-
 gnant. At ISIDORVM annos ab obitu CCCC
 & L. integrum seruauit Virtutis odor, quando
 laudes illius pleno ore Campana æra suopte
 motu impulsa cantarūt. Rectè igitur nobilita-
 tem hanc An. MDCXXIII. Greg. Pont. Max.
 Cælitum honoribus condecorauit. Vos quoque
 qui largo pulmone nequicquam nobiles spiri-
 tus spumatis, è via cedite; Rusticus noster in cæ-
 lo etiam reges præit. *Ex actis Canon.*



Perspice o homo quantum valeas, & perperam
 te quantum debeas; ut tandem tibi vilis esse
 desinas, ut vel per hoc erubescendis subiacere
 vitijs dedigneris, dum generositatem tuam de
 Creatoris ac Redemptoris dignitate metiris.
S. Maxim. hom. 1. de Resurr.

Consideratio Christianæ Excellentiz,

Pro Mancipijs Carnis,

XII. MARTII.

Patria THEOPHANI Vrbs regia Constantinopolis, parentes Iliacius & Theodora fuerunt, è principe ambo familia. In locum Patris demortui ipse Imperator subiit, trimulumque in aula sua omnibus disciplinis erudiri fecit. Sed animus etiam his altiora spectabat. Quare cum nuptias, Matre ita volente, effugere non posset, domum quidem sponsam deduxit, cæterum cum Hymenæus in thalamum se penetrare vellet, clausas fores stratumque non sibi sed Virginitati reperit. Nampe Sponsa persuaserat iam, vt alteris Nuptijs Virginitatem coniugio copularet. Id verò grauitèr tulit Socer, vt qui dulce Nepotis nomen amabat, igitur velut degenerem à patria virtute apud Leonem Imperatorem ignauie accusauit THEOPHANEM. Idemque, n̄ vestigijs maiorum insisteret, oculos effossurum se minitatus, vt vinctum mundo teneret (nam solitudinem cogitabat) nouis honorum dignitatibus onerauit. Sed mortuo Leone, cum rectius Irene mulier Imperium administraret, THEOPHANES inter Monachos, coniux inter Virgines velatas se abdidit. Fugit tamen ille Abbatis honores, ne in alteros scopulos vix subductam ratem impelleret. Post hæc Synodi Nicenæ pars magna fuit. Sed & Leoni alteri Iconomacho fortiter se opposuit. Neque hic virum aut carceris obsidione aut fame longâ expugnare potuit. Victor igitur THEOPHANES cælum subiit, duxitque in triumpho duo ingentia monstra, Leones duos. *Ex Suetio.*



Vide quibus brachijs vicariæ charitatis re-
 amandus & amplectendus sit, qui tanti æsti-
 mauit, imo qui tanti te fecit: De latere enim
 suo te reformauit, quando propter te obdor-
 miuit in Cruce, & somnum Mortis excepit.

S. Bern. S. 2. de Mus. Aqua in Vin.

Æstimatio Beneficiorum Dei.

Pro temere arripientibus Vltæ statum.

XIII. MARTII.

Non facile vlla alia Virgo splendorem generis sui, VI EUPHRASIA nouit estimare; quippe quæ alios quantumuis nobiles toros alto animo despexit omnes, vnum CHRISTI ambitiosa expetiit. Fortè in hunc fixum cruci oculos defixerat; cum, vt amor facile omnia sibi fingit, quæ arrident, passis brachijs amplexum offerri sibi interpretata illico in crucem inuolauit, & Amatum complexa etiam ipsa, æternum illi suos amores deuouit; quin mox futurarum nuptiarum flammam inter sacras Virgines accepit. Interea literæ adsunt à Theodosio Imp. quem sanguine cõtingebat. Is quod quinquennem Ordinis Senatorij Principi viro desponderat, iubebat nunc in eius manus venire EUPHRASIAM. Sed pulchrè illa se iam in alterius manus venisse rescripsit, nec ex re sua, nec verò ex familiæ dignitate fore, immortali Sponso mortalem antepone. Itaq; iam liberè Amori suo vacans sub dio cibi suiq; aliquando in trigessimum diem, sæpius in septimum oblita, ab Inferno riuali in puteum præceps acta, feruenti perfusa, aliâque perpeffa, cum satis iam Sponso se probasset, ad nuptias est euocata. Illas splendidissimè adornari vidit in cælo, quæ Asceterio Magistra præerat, eòq; abductâ EUPHRASIAM à Sponsi MATRE corolla nuptiali & dote in singulas virtutes donari. Quis iam dubitet pulchram EUPHRASIAM fuisse, quam tanto studio Matrum longè pulcherrima multò pulcherrimo Filio conciliabat?

Ex Surjo.



Descendamus per viam Humilitatis, ponaturque nobis primus gradus eius, id est primus profectus, *Nolle Dominari*: secundus, *Velle subijci*: Tertius, in ipsa subiectione. quaslibet contumelias & iniurias illatas æquanimiter Pati. *S. Bern. in Sent.*

Humilis Patientia.

Pro Regnis Aquilonaribus.

XIII. MARTII.

NON abluit Indoles HENRICI à stirpe sua
 Regius puer mammæ & Matris & Mun-
 di lallare generosus recusavit, & ad Ma-
 gni Francisci ybera, vulnera, animum appulit.
 Interea parente mortuo Daniæ Rege, viduum
 regni sceptrum & corona caput Henrici & ma-
 num ipsa ambiebat, ingerebant hæc regni pro-
 ceres, sponsa inuitabat & denique Mater impe-
 lebat. Per tot tamen obstacula euadit HENRI-
 CVS in solitudines, suusque ipse Rex, sibi impe-
 rat. Sed honor, quò nemo alius fugitios citius
 prehendit, HENRICVM quoque in suis latebris
 inuenit, gemmeisque vinculis ligatum cum pu-
 blica regni lætitia ad solium reducit. At Mater,
 (quis credat?) illa Mater, quæ nuper amore fi-
 lium deperibat, in Nouercam ecce abit, & sue
 quòd imperandi dulcedine capta sociam regni
 nec filium vellet, siue quòd filij vultum iam mi-
 nimè HENRICVS præ se ferret (austera viuendi
 ratio deformârat) in rogam hunc conijcit. In-
 duit tamen, quam Mater exiit, ignis pietatem,
 & incolumem reddidit, pulchrius inter flam-
 mas quàm purpuram splendentem. Minus ve-
 ro iam fidendum regno videns in Italiam reli-
 gionis causâ contendit. sed Mors aliò ex itine-
 re abduxit. In cælum vbi venit, hoc deni-

que ei regnum placuit,

Ex Ferrar.

MRA



S. PETRVS ABBAS

Reuera illud verum & solum est gaudium,
quod non de Creatura sed de Creatore concipitur,
cui comparata omnis aliunde iucunditas
mæror est, omnis suauitas dolor est; omne dulce
amarum, omne decorum fœdum, omne postremo
quodcunq; aliud delectare potest, molestum.
S. Bern. in Epist.

Fuga otij.

Pro Religiosis.

XIV. MARTII.

QUAM ALITES beati familiares PETRO, & PETRVS vicissim illis fuerit, ex ijs quæ narrabimus, perspicias. Tyro in religiosa Clara Vallis disciplina cum esset, obdormiscens inter preces Matutinas latus vellicauit. Aliter vnus aliquis ex illis, de quibus diximus, gratissimus Petro monitor. Aliàs cum auocante capitulis dolore à suis abicum è templo pararet, illa repente ve. à Cæli choraulis cani audiuit *Laudans inuocabo DEVM*, atque his voculis delinitus facile dolorum oblitus est, perrexitq; etiam ipse cœptas preces decantare, etsi inter Olores illos non malè Anserem se putaret. Illud amœnissimum spectaculum oculis Petri accidit, videre, cum messis tempore labori cum suis intectus esset, Virginum Regiam *MARIAM* geminâ altera Maria (è Solymis altera, altera ex Agypto erat) per segetes ambulare locisque & laborantibus solamen addere, & fatigatis sudorem abstergere illâ manu, quâ, cum lubet, nubes abstergit, & cælum serenat. Certè tanti esse PETRVS credidit *VIRGINEM* vidisse, vt cum ex ægritudine alterum deinde oculorum amisisset, minimè ægrè hoc ferret, memor, in quali oculo oculum suum abscondisset. Imo gratulatus sibi luscus est, è duobus hostibus (sic n. ille oculos indigitabat) vnum saltem amisisse. Lubens igitur etiam alterum beatâ morte clausit. *Ex Petro de Natali.*



Dominus meus Iesus, post cetera inestimabili-
 bus suæ erga me beneficia pietatis, etiã dextram
 sibi propter me passus est latus fodi; quòd vide-
 licet non nisi de dextra propinare mihi vellet,
 non nisi in dextra locum parare refugij; uti-
 nam merear esse columba, quæ in foramine la-
 teris dextri habitat! *S. Bern. s. 7. Qui hab.*

Veneratio Vulnerum Christi.

Pro decedentibus per Christi Vulnera.

XV. MARTII.

LONGINVM aiunt Centurionē eius cohortis
 fuisse, quæ Servatori & e cruce penden-
 & tunulo condito custodię causa fuit ad-
 dita; Eundem lancēã Iarus hausisse sacratissimū,
 geminōsque amoris fontes linguinis & aquæ
 nobis dedisse, auctori etiam suo salutare, quippe
 cuit oculis medicinam fecisse liquor illapsus
 memoratur. Id certe nemo negaverit mira-
 culorum spectatori mentis oculos apertos esse,
 & cum facinus iam suum ac Iudeorum videret,
 pectus planxisset, & testimonium diuinitatis
 Crucifixo dedisset. Id cum & tunc & in publico
 post concilio fecisset, odiumq; ingens sibi con-
 flasset, Cappadociam gemino cum comite pe-
 rijt. Sed & inuidia comes iuit Iudeorum, &
 missi à Pilato, qui caput LONGINI referrent. In
 hos dum forte offendit, ipse cognitos incogni-
 tus domo excipit habetque per liberaliter. Po-
 stridie LONGINVS LONGINVM prodit, mirante &
 tesseram hospitij frangere ipso hoste reuente,
 Sed animos addit LONGINVS iamq; Martyrum
 purpuram ambiens vestes candidas induit, ani-
 māmque cælo, caput Pilato dat ferendum. Hic
 nobile spoliū in fimetū abiecit. Prodidit ta-
 men iterum se Diuus, & , vt sepulchro caput
 cum filij cadauere conderet, Matronam oculis
 destitutam monuit. Itaque tantum thesaurum
 reperit cæca. Sed & oculos vnà reperit.

Ex Metaphr. & Vita Christi

Germ.



S. ABRAMIVS EREMITA

Deus ob ineffabilem misericordiam, Crucem
propter nos sustinuit; cur non & nos erga pro-
ximos iusti simus, & agnoscentes eos vt mem-
bra nostra & eripientes ex Diaboli faucibus in
viam Virtutis reducamus? *S. Chryf. in Gen-
hom. 3.*

Zelus animarum.

Pro laborantibus in vinea Domini.

XVI. MARTII

ABRAMIUS nobili loco natus, ipso festo Nuptiarum suarum die, cum domum sponsa ducenda esset, damneto thalamo, & Sponsæ & Mundo se subducens in loca sola affugit. Inde sacris initiatus essetam gentem longa patientia & supra quam credi potest magno labore Christo subegit. Sub hæc Maria Neptis ex fratre, quam ille à teneris, moribus optimis ac summa pietate imbuerat, cum semel lapsa esset, per omnia deinde vitia voluta, ex Eremondemum in mundum (hoc est ex celo in orbem) præcepit iuic. Iam publica infamia & sopolus audiebat Castitatis, cum ostento diuinitus obiecto ABRAMIUS Draconem vidit immansi roris columbam incautam deglutire, qui tamen mox medius ruptus aeri & liberati pavidam redderet. Hoc viso animatus cum & iugam lapsæ & reditum respiceret non malus vates ominatus esset, ingenium ecce exeret, & id atatis senex militem induit atque urbem petit. Hic qui Lipsos annos vinum nec libauerat, conuiuium instruit, mensæ neptem adhibet, quæque ad hilaritatem faciunt, omnia facit pius auceps. Mox tamen captata in tempore occasione, quis sit, aperit, cur venerit, exponit: Tum vero verbis Deo plenis aggreditur & primò mirari, deinde nutare, tum cedere, demum manus dare Mariam cogit. quid multis? ad columbaria Eremondemum reducit. Quid ibi, ais, Columba capta? nempe gemuit. Ex

Accedite ad eam qui tribulati eritis.

MRA



B. TORRELLVS C.

Vae tibi, qui post lapsum fortio rem te nobis exhibes! Ut quid tam rigidus es in tuam ipsius perniciem? Inclinare potius, ut melius erigaris, & ne prohibeas frangi, quod distortum est, ut possit melius solidari. Quid indignaris increpanti gallo? tibi potius indignare. S. Bern. in Ep. SS. Pet. & Pauli

Auditio verbi Dei.

Pro Vitantibus Conciones.

XVI. MARTII.

PETrum videre te alterum puta, cum TORRELLVM vides. Nam & hic fortè fortunatè Gallum in humeros inuolantem, tertioq; cantantem audiuit, fleuit, resipuit, & ex Veneris, cui meliorem ætatem deuouerat, Mancipio cæli delictum factus, quidquid pauculis annis in vrbe peccauit, LX. omnino annis inter silvas damnauit. In his ciuium illi frequentia arbores, rectum cælum, vestis setosum porci corium, arma, quibus in se utebatur, catena ferrea, deliciae panis & fons, cubile terra, plumæ sarmenta, cervical lapis fuere. Sic quoq; non nisi tres horas somno, reliquum omne noctis lacrimis transcripsit, tunc etiam credo à Gallo expergefactus. Veneris flammam vel vepribus suffocauit vel gelidâ extinxit. Sportulam lautam vinctamque cum Papiensis Comes in Bacchanalia submississet, hospiti eam seruaturum se promisit; Is vrsus fuit, qui è manu Diui cœnauit, dignissimus Bacchanalibus hospes. Atq; huic prædam cum lubens volens concessit, sed non perinde Lupo puerum. Eripuit enim hunc, pœnamque lupis omnibus illic morantibus exilium indicxit. Atque hoc est, cur exuli Senensi (cui reditum in patriam impetrauit cælo iam receptus) cum Diui effigiem penes se habere hic percuperet, visendum se cum Lupo gremium premente præbuerit. Porro TORRELLVS moriturus Angelum habuit monitorem. Scio habere eum tu quoque percuperes. Et verò nisi aures claudis, hodie habes. *Ex Ferrar.*

Et Chron. Mini.



Mantus pauperis est Gazophylacium Christi; Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cælum: da nummum, vt accipias regnum; da micam, vt accipias totum: Da pauperi, vt des tibi; quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quod non dederis, habebit alter. *S. Pet. Chryf. serm. 8.*

Benignitas erga egenos.
Pro Antistitibus Ecclesie.

XVI. MARTII.

Splendorem D. HERBERTI, quo siue in Atria
 Otton. Imp. III. siue Pontificatu deinde
 Coloniensi conspicuum orbi se fecit, indi-
 cavit ingens, quæ matrem parientem lux ambi-
 uit. Illustriorem fecerunt radij, qui precantem
 persæpe cinxerunt, aliæque cum admiratione
 facta. Et fortè cælum imbres suos terris subde-
 xerat, cum ecce HERBERTVS supplex ad Diuo-
 rum puluina factus vix oculis pluit, cum cæ-
 lō DEVS. Tunc etiam euntem columba comi-
 tari visa est, & ad extremum in cælos sublimis
 abire. Eò per infima quæque munera charitatis
 tendere HERBERTVS. Itaque pauperulæ filium
 ipse sacro fonte voluit mergere, alterum tollere
 merfum, pauperisq; ecenz eo die conuiua esse,
 docturus nostrâ ætatem, paruo (si velint) opo-
 nare etiam Insulas posse. Iam monasterio con-
 struendo cum locum circumspiceret, hunc Dei
 para ipsa signauit, vt viderent Mariani, quæ ma-
 ximè ædificia VIRGO probaret. Sub hac cum
 infensus HERBERTO S. Henr. Imp. esset, casti-
 gatus à cælo non dubitauit cum hostili animo
 purpuram exuere & ad ipsos Pontificis pedes
 descendere. veniam osculis lacrimisque rogan-
 tibus. Iam moritur⁹ hic heredes scripât (adeste
 testamento Pontifices) fratres suos, non quos
 caro sed pauper Christûs Germanos fecerat,
 quosque ille non fratres modo dicere, sed Do-
 minos etiam est solitus. Tum demum in cæ-
 lum abiit, non aberraturus, quia & Diuorum
 choros obuios habuit, & columba illi iam
 olim viam monstrauit.

Epi. Satio.



Propterea rectum fecit Deus hominem etiā
 corpore ipso, & os homini sublime dedit, cum
 prona utiq; spectent animantia cætera terram;
 ut attollens ad sidera vultus illico suspiret,
 ubi tam beatam & perennem cōspicit mansionem.
S. Bern. s. de S. Mart.

Contemplatio pulchritudinis Cælestis.

Pro Anglia & Hibernia.

XVII. MARTII.

PATRITIVS puer servitutem servijt Hibernis, magno horum bono: è servitute enim dominos suos servus eripuit. Id hoc modo factum. Parvulum è Musarum sinu latrunculi in Hiberniam abduxerunt. Ibi sues pascere iussus est nobilis pugio. Agnosceres sanè Margaritam ad pedes Porcorum abiectam. Cæterum è scrobe, quem porci fecerant, Lytrum egerere Angelus iussit. Ergo in patriam redux in disciplinam SS. Martini & Germani Antifiodorensis se dedit. Post hæc vt Hibernos Christo adiungeret, suaserunt somnia, in quibus & accipere ex Hibernia epistolas supplices, & necdum natorum Hibernorum voces plorantium opem audire sibi videbatur: Euntem igitur in provinciam suam, Insulâ Cælestinus Pont. donavit, Anachoretas baculo, quem, quèd ex manu IESV accepisset insusque PATRITIO dare fuisset, ab eodem, IESV baculum dixit. Ita armatus in Hiberniam venit & æquis auribus tam diu auditus pluribus est, quoad de Inferorum supplicijs dicere cœpit. Hęc enim, velur fabella, risu excepta. At PATRITIVS locum, vbi dicebat, scipione suo cum signasset, amplum terræ hiatus aperuit, iussitque non fictis vocibus Inferos ipsos concionari. Tunc vero Inferos esse Inferis creditus est, locusque is Purgatorium PATRITII appellatus, qui cum omnem eam gentem in libertatem filiorum DEI asservisset, annos natus CXXII. ex corpore, altera servitute, abijt. Pilei loco

Superi coronam donarunt. Ex

Lipeloo & Pet. de Natal.

Justitia SCALA Misericordia



S. GERTRUDIS . V.

Qui Christum videre quærit, cælum, unde Christus est, non terram, de qua aurum est intueatur. Diues, qui sursum est, non portat sed proculcat diuitias, nec incuruatur diuitijs, sed leuatur. Diuitiarum seruus non dominus est avarus: at misericors tot seruos habet, quot nummos.
S. Pet. Chryf. s. 4.

Contemptus opum.
Pro Amatoribus seculi.

XVII. MARTII.

GERTRVDEM quoque ob sanguinem, quem
nobilissimum inter Gallos habebat, san-
ctè superbam vidisses. Quare cum eam
Iuuenis (è Principe & ipse familia) sponsam sibi
à parente Pipino peteret, ipsúmque adeo Regem
Dagobertum, qui tum fortè epulo hospes aderat,
oratorem haberet, contempsit tamen mortale
sponsum GERTRVDIS & iureiurando palàm fir-
mauit, non nisi immortalis nupturam se, nec a-
liam dotem præter cælum admitturam. In hæc
deinde leges à morte Pipini Virginem D. Aman-
dus Christo despondit. Mox cæli prodigia castis-
simam sponsam honorarunt. Nam præcipientem
igneâ & è cælo delapsa sphaera visa est coronare;
& eius ope fersati Nautæ à mortis periculo,
quod immanis cæcus iam iam minabatur. Sed
vel nomen GERTRVDIS pro scuto fuit, meritis-
que subito, quod nanim iam mergere videba-
tur, monstrum. Iam diem ultimum, quem qui-
dem vt nuptialem GERTRVDIS amavit, mona-
chus illi prædixit Vltanus, commeatum è cælo
D. Patritium & beatos Angelos sponndit. Vir-
tutis odorem etiam à morte tumba, quàm lon-
gè ante fieri ipsa mandauerat, suavissimum spi-
rauit. Ipsa, ne viuere etiam mortuam dubitares,
diuersorum oculis se obiecit, cælesti luce cir-
cumfusa. Visa etiam ignes grassantes à mona-
sterio illo velo auertere, quo impuras olim
flamas suffocauerat. Tam facile etiam
indomitum Vulcanum est vincere
illi, qui Venerem vicit.

Ex Suetio.



Plantare pacem radicibus, Dei est: euellere peccatus, inimici. Nam sicut Amor Fraternitatis ex Deo est; ita odium ex Diabolo: quapropter damnanda sunt odia, quoniam scriptum est, *qui odit fratrem suum, homicida est. S. Pet. Chryf. serm. 53.*

Charitas fraterna.

Pro falsis fratribus.

XVIII. MARTII.

Sustulerat Edgarus Angliæ Rex binos filios :
 Sex Elfeda, lectissima matrona, EDVARDVM
 nostrum: ex Elfrida improbissimâ muliere,
 Ethelredum. Illi utpote natu maiori regnum
 Edgarus, & quæ maior regno hereditas est, vir-
 tutem reliquit. Non hanc, sed illud invidit No-
 uerca improba, & quò purpurâ Ethelredo suo
 pingeret, sanguinem statuit EDVARDI fundere;
 quin si fieri aliter iam non posset, cum diade-
 mate caput auferre. Commodum impijs consi-
 lijs accidit, ut quarto regni sui anno illic ven-
 retur EDVARDVS, vbi pessima fera Nouerca sta-
 bulabatur. Nimirum hæc venatori laqueos po-
 nit. rogat tectis hospes filius succedat. Abnuen-
 tem, haustum certè è manibus parentis acci-
 piat, obtestatur. Heu! ut nunquam magis odit
 Nouerca, quàm dum amat. Dum bibit, subor-
 natus ad scelus seruulus cultro necem domino
 fert, vinumque sanguine miscuit; corpus exani-
 me in proxima casa occultatum: Sed scelus El-
 fridæ vnaque virtutem EDVARDI prodidit et-
 iam in nocte lux insolita casam omnem illu-
 strans, lucemque adeo mulierculæ inhabitantis
 oculis ferens, quàm nunquam prius videre. Ite-
 rum in paludes abiectum cælum ostendit indi-
 ce columnâ igneâ. Ergo extractum omnique
 honore tumulatum Martyris corpus fontem
 prope dedit, ex quo passim sanitatem ægri bi-
 bebant. Nouerca etiam veniam oratura illuc
 contendit, sed neque eques neque pedes pro-
 gredi vnquam potuit, semper vi nescio qua ar-
 canâ repulsa. Dixisses neque supplici Nouercæ
 iam Manes fidere. *Ex Suario.*



Disce homo obedire, disce terra subdi, disce pulvis obtemperare: Erubescere superbe cinis: Deus se humiliat, & tu te exaltas; Deus se Homi- nibus subdit, & tu dominari gestiens homi- nibus, tuo te præponis Auctori. *S. Bern. Hom. I. Super Missus.*

Obedientia.

Pro immorigeris & contumacibus,

XIX. MARTII.

Compendium laudum IOSEPHI dederō, si
 conuixisse IESV & MARIAE dixerō; huic
 Sponsum integerrimum, illi Nutritorem
 sedulum. Arcanorum ergo conscius omnium
 multa gauisus est gaudia, multa dolenda do-
 luit, Vtraque VII. fuisse binis è D. Francisci cœtu
 ipse voluit manifestum. Et gaudio quidem pri-
 mus omnium deliniuit animum Nuntius, quo
 non nisi DEO plenā MARIAM intellexerat: tum
 deinde aures recrearunt ad cunas Magni Infan-
 tis choraulę nobiles; sed longè demulsiť suauis
 Nomen, quod ipse indidit, dulcissimum. Iam
 vaticinia Simeonis, quę Seruatorem Puerum;
 deiecta in Ægypto simulachra Dæmonum, quę
 DEVM loquebantur, & Angelus, qui in patriam
 exules reuocabat, alijs atque alijs gaudijs cumu-
 larunt. Illud demū delitijs inundauit, cum quod
 charissimū habuit pignus, amissum reperit. Et
 hęc gaudiorum materia; illa dolorum fuere:
 tristis primò, quem à VIRGINE parabat, secessus;
 tum pauperes cunę & prima, quę imbribus
 prælufit, sanguinis pluuia; mox gladius Simeo-
 nis cor Sponsę non nisi per pręcordia Sponsi
 petiturus; post fuga prępropera & Archelai ty-
 rannis; demum amissa in vno Puerō omnia bo-
 na; hęc inquam, tot mœroris argumenta quot
 ante lætitia, dubiam vtrinque victoriam fece-
 re. Ego, si fas sit, octauum & dolorem & gau-
 dium addidero, mortem inter IESV ac MARIAE
 amplexus. Quid enim acerbius, quàm hos ex o-
 culis dimittere? quid dulcius, quàm ab his ocu-
 los claudi? *Ex lib. III, Carthagona.*



Sapientia est in pœnitundine peccatõrum, in contemptu præsentium commodorum, in desiderio futurorum præmiorum. Inuenisti sapientiam, si prioris vitæ peccata defleas, si sæculi desideria paruipendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. *S. Bern. l. 1. de Cons.*

Detestatio peccati.
Pro Aulicis.

XIX. MARTII.

Nemo, ô Iuuentus! nemo rectè duobus Dominus vnus seruit. Nempe duos nec amabis, nec amaberis à duobus. Si fidem Christo non habes, ah saltem tibi habe, Iuuentutis habe Principi PANCHARIO. Quid non huic nomen suum promisit? Vnus Diocletiani furor, qui patriam infestabat, terrebat. Ergo Romam itur. Ah PANCHARI sequeris non fugis hostem? Aula tamen accipit, opes stipant, honores Aulæ Præfectum salutant, ipse Diocletianus amat. Fidem iuro Panchari, odit Tyrannus qui amat. Eheu! Vates sui, blanditijs expugnatur cereus animus, & dum fidus regi laborat esse, cælo fit perfidus, Christum, pro! cum Ioue mutat. Ite nunc aulæ mancipia, ite Principes, fidem aulæ habete vtrique, quæ fidem frangit DEO. Nunquid rectè iterum illud clamabo: *Exeat aula, qui pius esse cupit?* Exit ecce PANCHARIUS aulâ, à matre & sorore Christianis castigatus & pius est iterum, iterum Christum amplectitur, Iouemque damnat, spectante & audiente Diocletiano. Furit hic & verberibus sæuit. Hæc tu PANCHARI amoris diuini in te principia crede. In theatrum abriperis; Spectatores Superos habebis. Exul Nicomediam abduceris; Gaude vel sic aulâ exiisse. Securi feriunt; sanguini innatas. O factum bene! hanc, demum purpuram, altera, ad quam tendis; Aula probat. *Ex Mensis.*

Fructum Ventris tui Gloride



S. SIBYLLINA V.

Præoccupatum secularibus desiderijs animi
delectatio sancta declinat, nec misceri poterunt
vera vanis, æterna caducis, spiritualia corpora-
libus, summa imis; vt pariter sapias quæ sursum
sunt, & quæ super terram. S. Bern, h. 5. de ascens.

Delectatio mentis in Deo.

Pro Virginibus Deo dicatis.

XIX. MARTII.

NATA SIBYLLINA PAPIÆ in Bisceffa nobili familia D. Dominici tertium Ordinem nobilitavit. A teneris scelus ingens credidit esse, quem sibi horarum Canonicarum visum numerum precum præfixerat, vel semel omittere. Loco solo cum se inclusisset, non nisi semel ad Virginem velatam, semel epulo Eucharistico reficienda sponso obviam processit. Gaudijs tunc innundabat, cum sanguini, quem ipsa flagris septem annis quotidie fundebat. Pudorem vnicâ veste & contra æstum & frigora tegebat. Nudo indormiebat ligno, suavissimo castitati thalamo. Annum XII. egressa, cum oculos corporis amisisset, animi invenit, & D. Dominicum manifesta in luce conspicuum habuit, tantis gaudijs delibuta, vt iam nollet non fuisse cæca. Et verò quis vnquam plura vel Argus vidit, quando longè post futura vidit, prædixit; conscios lethalis noxæ animos inspexit; è ligno, quo Christus pependit, reliquias, cordis tactu veras esse peruidit, eoque oculis iam penetravit, vt quo Christus sub panis orbe, quo non lateret, perspiceret. Sed illa oculis carenti iucundissima spectacula fuere: videre non semel festo Pentecostes die sacrum Pneuma supra caput suum descendere. Denique cum præcubunda beatissimum illum Pusionem IESVM, illum illum solem potuit intueri, an non oculos habuisse iam probos putemus? Enimvero si oculis tunc non vidit, at certè charius aliquid

oculis vidit. Ex 10. 14.

Взвонъ.



S. IOACHIMVS PATER B. M. V.

Si primo non exaudiris, ab oratione non desistas; imo precibus & clamori insistas; vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci. Ideo tibi dicit, Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud. *S. Gregorius*
ps. 6. Pœnit.

Perseuerantia in oratione.

Ero habentibus bona desideria.

XX. MARTII

IOACHIMVS è regia Dauidis stirpe affem suam trifariam diuisit. Partem Templo sacram, alteram egenis & peregrinis communem, vltimam sibi & familiae voluit reliquam, testamento, quod vel cælum probauit. Nam cum in ipsam senectam vsque sine hærede vixisset (probro id ætatis ac loci tanto, vt cum sacrificio suo etiam repulsam ab ara tulerit) precibus suis apud Numen hoc questus, candidissimum nuntium certæ prolis accepit. Et verò spem ipse etiam rei euentus longè maximè superauit. Nata enim MARIA, & cum MARIA renatus orbis est. Et pensauit profectò partus tam serus, quidquid morarum traxerat. potuit ignosci tempori tam magna parturienti. potuit IOACHIMVS hac vnâ filiâ beatus ridere populos alios filiorum. Proinde officium Patris facturus, cælo Filiam, cui debebat, vix trimulâ dicat, & Templo iam tum Ancillam sacrat, nullam cum hoc sacrificio repulsam ab ara extimescens. Ipse certus de Seruatore sinum Abrahæ petit, inde paucis post annis triumphantem CHRISTVM ouans sequitur in cæli arces. Ibi ille olim sterilis senex omnium parentum gloriam nunc exæquat. Summa eius est, genuisse talem Filiam, quæ talem illi Nepotem peperit. *Ex S. Io. Damasc.*

l. 4. de Fide Orth: & orat. de Nat.

Maria.

MRA




S. CVTHBERTVS. E.

O quam compositum reddit omnem corporis statum, nec non & mentis habitum disciplina? ceruicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, gulam frenat, iram sedat, format incessum. *S. Bern. in Ep. ad Soph. V.*

Compositio morum.

Pro immodestis.

EXultabat Puer CVTHBERTVS insolentibus inter æquales suos, victor cum omnibus alijs in ludis, cum in lucta præcipuè. Interea Pueri Pædagogum submisit cælum trium annorum pusionem, qui gravibus verbis castigavit leuiculum, iussitque mores assumere, qui Insulam, quâ olim insigniendus esset, exornarent. Et audiit CVTHBERTVS Deum in Infante loquentem, & iam tum abire ad partes religiosorum hominum cogitavit; quod ut posset facilius, ægrotantis genu Medicus Angelis equo candido insignis curavit. Homines deinde ut pascere olim sciret, pascere pecora instituit, & vigil inter preces in illustri nocte Aidanum Episcopum cælo vidit subire. Posthæc inter Religiosos cum hospitum curam haberet, inter hos aliquando Angelum numeravit. Nocturnas Veneris faces sæpius rigentibus aquis merisus collo tenuis extinxit. Episcopus Lindisfarrensis, altero statim anno libentius Insulam posuit, quàm sumpsit. Mira quæ patrauit plurima alia narrant, & inter hæc feras abactas à pascuis, ab agris aves, ex corporibus tortores dæmonas. Corpus quoque eius post annos quadringentos decemque & octo integrum mirantur. At me iudice maius miraculum tu facies luventus, si vel pauculos illos annos, quibus viues, integrum corpusculum servabis. *Ex Beda.*



Renouetur cor à carnalibus desiderijs, vt ex-
 clusis illis introducatur amor Dei & amor pa-
 triæ cælestis: recedant ab ore arrogancia & de-
 rogatio, & succedant peccatorum confessio &
 bona de proximis æstimatio; assumatur conti-
 nentia & innocentia, vt contrarijs virtutibus
 contraria vitia depellantur. *S. Bern. sent.*

Emendatio morum.

Pro ridentibus res diuinas.

XX. MARTII.

VVLPHRANNVS est Senonum Pont. idemque Frisiorum Apostolus. Ad hos cum mari contenderet, & Ministro sacer calicis orbis imprudenti in undas excidisset, iussit brachium hunc in aquas tendere. Tendenti continuo orbis, spectatores Christo adhererunt. Morem vel Gente suâ barbarum magis, quo victima Dijs improbis iuentus innocens cadebat, non vno miraculo antiquauit. Nam & suspensum puerum à laqueo absoluit, & vt geminis alijs, qui mari exsultanti præda expositi fuerunt, succurreret, sic co pede undas perambulauit, & dextrâ hunc, illum sinistra molliter prehensos ad litus eduxit, mox meliore aqua & Christiano ex mere merfos matri restituit incolumes. Atq; his miris filium etiam Ducis Radbodi ad Christum pertraxit, sed non Radbodum ipsum. Nimirum iam sacris undis etiâ iste admouendus, cum ex VVLPFRANNO intellexisset, maiores suos Ducésque Frisonum omnes (qui quidem superstitioni dediti fuissent) Inferis damnatos esse, exclamauit improbo ioco, malle se cum pluribus & Maioribus suis etiam apud inferos, quàm sine his & cum pauculis alijs apud Superos degere. In hac sententia ludibria dæmonis mali firmarunt, qui aureos illi mōtes, certè aurea palatia pollicit⁹ est. Et iam iuerat legatus à Radbodo missus qui Deorū munera inspiceret: iâ inspecta probauerat oculus fasciatus, cum socius, quē VVLPFRANNVS addidit, vana ædificia vnico signo crucis omnia destruxit. Radbodus interea prius, quàm nuntij rediret, ad illos suos plures abiit. *Ex Lip.*

Te non quā itur, Sed quā eundum est

MRA



B AMBROSIVS SANSEDONIVS . C

O seculum nequam, quod tuos sic soles beare
amicos, ut Dei facias inimicos! planè enim qui
amicus esse vult tuus, inimicus Dei constitui-
tur: Amicus itaque Mundi excluditur à consi-
lio Amicorum Dei. *S. Bern. in Epist.*

Fuga Mundi.

Pro dissoluendis malis Societatibus,

XX. MARTII.

Senis ortus AMBROSIVS Sanfedonius natalent
 noctem cōmunem cum D. Thoma & Iaco-
 bo Meuanienti habuit. Eām ne candidam
 orbis dubitaret, tergemina calculo suo Luna
 notavit; manē deinde vox probavit Pueruli *ad*
scholas, ad scholas conclamantis, qui quidē cau-
 sam clamoris rogatus tres Principes Doctores
 natos respondit. Porro AMBROSIVS infans ma-
 nibus captus pedibusque ea vincula in æde D.
 Dominici rupit. Viros Religiosos in nutricum
 brachijs risu salutabat, nec alijs magis quā
 imaginum aspectu delectabatur, profanas lōge
 repellens, sacras osculis fatigans. Iam septennis
 VIRGINIS officium quotidie solitus est persol-
 vere: nouennis vero ieiunia pane & aqua sanctā
 habere: insuper quot hebdomadis, die MATRI
 VIRGINI dicato, V. egentes hospicio excipere,
 vt illud etiam Angeli ambirent & modulos
 suos adderent. Fugam ē Mundo meditati &
 declinanti nescio quod epulum geniale, Proteus
 Orci eremicolam mentitus suadere cepit, pri-
 mam ætatem suo exempli voluptati libaret, se-
 nectutem DEO litaret. At improbum consilia-
 rium AMBROSIVS signo crucis pepulit. Iamque
 D. Dominici, iam Alb. M. discipulus, mox ipse
 Doctor sacrarum literarum Lutetiæ, tum Co-
 loniæ fuit. Atque vt sciremus vnde doctrinam
 suam haberet, visa est palam Divina Columba
 in aures loqui AMBROSIO, quæ ille ad
 concionem clamaret. Ex *Ambr.*

Dominic.



illud Sathanz opus est, vt cogitationes orantis in infinita iaculetur, nec sinat hominem in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Nouit quippe, quòd si perseueret deprecans, exaudiet eum, qui fecit illum, etsi innumerabilia peccata admiserit. *S. Ephrem in Pim.*
 Diligens SS. Missæ auditio.

Pro contemptoribus diuinorum officiorum.

XXI. MARTII.

BENEDICTVS puer ludum cum eremo muta-
 uit, satis iam magnus philosophus, qui
 terrena contemnere didicerat. Ibi multò
 pòst malus Orci pullus merulam mentitus, in-
 gens sub animo libidinis incendium excitauit :
 sed ille nudus in spinas abiectus sanguine id ex-
 tinxit, vt quando Poetæ rosas olim omnes can-
 didas volunt fuisse, ex his spinis primùm credã
 erubuisse. Secundum hæc cum socios legeret,
 multa admiratione digna fecit, multa passus
 est. Illud lepidum etiã memoratu. Discipulum,
 qui à diuinis ante finem subducere se amabat,
 attentioribus oculis arbitratus, vidit à Stygij
 coloris Nano vestis orã prehensum è templo
 trahi. Castigauit virgis vagum, & ecce paruulus
 etiam ille è Stryge Maurus tergum, ne virgis da-
 ret, fugæ dedit. At BENEDICTVS castra sanctissi-
 ma in monte Cassinate locauit : Illic enerso A-
 pollinis fano, postquam veriora cum alijs mul-
 tis, tum Totilæ imprimis oracula dedisset, fã-
 mã, & discipulis orbem impleffet, sibi etiam de-
 nique vates sepulchrum parari iussit, & inter
 suorum manus, vt Ducem decebat, stans oppe-
 tijt. Mox duo Magistrum capere viderunt in
 cælos viam, amplam illam & veste pulcherrimã
 stratam, multisque luminibus coruscantem. Eam
 tunc nescio quis Cælitum viam Benedicti ; D.
 Bernardus illius leges dixit ; vt iam mirum non
 sit, si eandem tot Pontifices & Reges calcarunt.

Nam viam ad cælum expeditam & iucun-
 dam quærebant, vel Mundo Do-

ctore, Ex S. Greg. M.



Vitam tuam quotidiana discussione examina; attende diligenter, quantum proficias, vel quantum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quàm similis sis Deo, vel quàm dissimilis, quàm prope vel quàm longè, non verborum interuallis, sed morum affectibus. *S. Bern. Med. c. 5.*

Extirpatio peccatorum Venialium
Pro immorigeris.

XXII. MARTII.

INfans CATHARINA respuit impurarum Nutricum ybera, castum ambiit, Veneris iam in cunis hostis. Puella pupas tractavit; sed cum pupas induti demones verberarent dormientem, etiam has sibi Venerem iussit habere. Viro Nupta dotem Virginitatem attulit, & Arnam Virginitatem vicissim ab ipso accepit, quæ ut tuta in thalamo etiam dormiret, nudi hunc stravit; vilibusque panniculis, licet è principe familia esset, involuit. Quæ virtus ita cæli Regnam cepit, ut vultu blandissimo CATHARINAM intueri sit visa, ac torvis oculis Socrum, quod vestium luxum hæc amaret. Interim centonibus CATHARINAE DEVS purpura splendorem non semel addidit. Romæ cum ageret, pudicitia custodem B. Sebastianum sibi legit, opemque sæpius eius præsentem sensit. Grauius nihil aggressa est vel facere ipsa vel alteri suadere, quam VIRGINEM Angeli verbis salutasset. Castigavit tamen MATER MAGNA clientem suam, cum præter Brigittæ Matris, & virorum Religiosorum voluntatem patriam cogitaret. Visa est enim sibi CATHARINA inter Mundi laborantis incendia frustra opem à VIRGINE rogare, nisi maiorum voluntati pareret & patriam cælo præstaberet. Mortua est pridie VIRGINIS ANNI VIATÆ, cum plures annos quotidie animi contusione expiasset. Funus Ericus Rex suis humeris extulit: Cælum stellam legavit, quæ funus cohiteretur. Miraris nobiles funeris curatores? Nobiliores anima habuit, Angelos. Ex Syria.



Quæ nos agit vesania vitiorum? sitire absyn-
 thium, huius Mundi sequi naufragium, vitæ la-
 bentis pati insolitium, impiæ Tyrannidis
 ferre dominium, & non magis conuolare ad
 Sanctorum felicitatem & ad Angelorum socie-
 tatem? *S. Bern. in Medit.*

Libertas Christiana.

Pro captiuis apud infideles.

XXIII. MARTII.

Roma natus Oratio Palladi primam etatem deuouit. A Pallade deinde ad Martem transiit, utroque propitio. Nam & literis excultus & armis præstans Lothario Imperatori cum hic Innocentio III. Pont. contra Pseudopontificem auxilium ferret, isa uolente, veterum Maiorum gloriæ Equicis etiam titulos adiecit. Nimirum nulla adæque calcaria Virtutem extimulant, uti aurea. Quod tamen Deus sub suis signis militare uellet OTHONEM, ostendit quæ Mundus suis stipendia numeraret. Proinde pro Alexandro III. Pont. contra Feid. Imp. arma gerit, speratque palmas & triumphos, captiuus carcerem ab hoc aufert & vincula. Ad eam D. Bernardus precibus uocatus, & dormientem ex hostium manibus non uano somnio educit. Squalor carceris & limes longa alium vultum OTHONI induerant, ut facile omnes falleret. Liber ergo arma in se uertit, sibi bellum indixit. Locus castris metadis placuit Beneuentum inter & Asculum. Sed & propugnaculum ingens extruxit cellam humilem: Tela preces erant; Vulnera ab hostili manu nulla, honestissima à sua manu tulit. Ita sese subiugato, Arianensium quoque superstitione aggressus expugnare, effecit, ut qui ad id tempus lani bifrontis imaginem quæ publicis quæ priuatis ædificijs præfigebant, Christiani Christum potius præ se ferrent, quàm Deos ridiculos. iisdem imminentem ob scelera non modo ab Agarenis sed Christianis etiam vastitatem & ruinam prædixit; cui tamen ipse morte subduxit sese. *Ex Fortunio*

Clavis

MRA

caeli



S. SIMON TRIDENTIN. M.

Sit tibi IESVS semper in corde, & nunquam
imago Crucifixi ab animo tuo recedat: hic tibi
fit cibus & potus, dulcedo & consolatio tua;
mel tuum, desiderium tuum; lectio tua & me-
ditatio tua; vita & mors & Resurrectio tua.
S. Bern. in Form. Vit.

Amor IESV super omnia.

Pro conversione Iudaeorum.

XXIV. MARTII.

Iterum hodie Impietas odijs suis sanguine
 innocenti litavit, & cum Christi non potuit
 amplius, Christiani certe sanguinem fudit
 crudelis. Tridentum Tragediam spectavit. Ege-
 re ludæi, & principem Christi Personam SIMON
 sustinuit, puerulus vix dum menses viginti no-
 uem natus, matres omnes Tridentinae illacri-
 marunt. Porro nomina præcipuorum Carnifi-
 cum sunt Moyses, Samuel & Tobias, sancta no-
 mina sed improbissimi homines. Ex his Tobias
 forte luditabundum ad edes paternas SISTRONEM
 & blanditijs captum pullum in domum samue-
 lis nequam vultur asportavit. Tum vero con-
 uolauit cum Moysæ reliquum coruorum agmen.
 Vux, poma & id genus illecebræ primo obiecta
 lacrimanti. Tum denudatum corpusculum &
 iniectum, quod vagitum strangularet, collo stro-
 phium. Mox sceleris auctor Moyses e genis par-
 ticulam carnis forficibus princeps aufert, inde
 alij atque alij succedunt. Idem in dextra tibia
 factitatum. Tum denique in formam Crucis
 extensa victima omnium stylis ac cultis præda
 cessit, & sanguis sitim cruentam restincturus
 cratere exceptus est. Horam Carnificina dura-
 rat, cum SIMON e manibus tortorum in cælos
 euasit. Hodie merito illi plaudit Iuuentus,
 vt qui maxima patientem Christum
 tantillus nobis retulit. Ex
Ioan. Matth. Tiber.



Inter gratias Virginis præcipuè redolebat Myrrha Castitatis & Thus Pietatis. Odor iste super omnia aromata, Dominum Maiestatis de Excelsis attrahit & inuitat, vt inclinet cælos & descendat. *Guerric. S. i. de Annunc.*

Frequentatio Salutationis Angelicæ.

Pro Congregationibus B. M. V. Annunciata.

XXV. MARTII.

Hic ille dies est, quo non tam VIRGINI, quam mortalibus omnibus salutem Cælum nuntiavit. Nam cum Homini cōsulere in humana imagine Deus statuisset, eamq; in rem iam olim præ omnibus sibi in Matrem MARIAM legisset; ad illam legatum Gabrielem misit, qui postulata exponeret & VIRGINIS Cælitum nomine assensum peteret. Fecit hic imperata & latissimum illud Ave latus MARIÆ tulit, aliæque in laudem addidit, quæ Angelum imitantes homines merito quotidie gaudemus iterare. Sed nunquam pulchrius illa erubuit, quam ad tot laudes suas; mirante nimirum honorem suum modestiâ, quâ nemo vnquam minus agnoscit dotes suas, nemo minus libenter extolli audit. Itaque aggressus timorem adimere beatus Nuntius, Matrem fore vaticinatur DEI; inde nomen adijcit Filij; scepra item & regna (omnia æternatura) promittit. MARIA, vel quòd quinquam virgo paritura esset nesciret, vel quòd mater sine Virgine esse nollet, longè magis hæsitare, & de pudore, quem DEO vouerat, anxia, quæ id fieri posset, rogare. Mox tamen vtile arcanum rei ordinem enarrauit, ANCILLAM modestissimè se præfata annuit, & verbum illud expectatissimum, FIAT, pronuntiauit. Tu quoque HOMO DEVS & DEVS HOMO potuit dici. Tu quoque VIRGO, quod DEVS fecit, & vnico verbo, quo hic orbem ante creauit, illa re-

creauit. Ex S. Luca

Ioan.



Verè breue est omnino tempus. Infelix proinde qui in vitæ huius lubrico fidens perituram insumit operam, nec aduertit, quoniam vapor est ad modicum parens, & vanitas vanitatum.

S. Bern. in sent.

Amor honestorum studiorum.

Pro osoribus literarum.

COelo prius quàm lucé aspiceret, charum
 esse **LYDGERVM** apparuit. Palus enim per
 cadentis matris latus egressus, cum mor-
 tem illaturus utrique crederetur, obstetricis in-
 stat fuit. Vix verba fingere blasa, vix gressum
 firmare sciuit, cum magnam in parvulo indolē-
 studia prodiderunt. Neque enim ille, ut amat ea
 ætas, ludicris delectari, sed iam tum seria agere,
 & vel cortices in libros cō-innare, vel lecturanti
 similis aut scriptitanti assidere. Quare compul-
 latus à nutrice, quī diem transegisset, vel libros,
 respōdit, scribendo vel legendo scriptos. Iterum
 quò Magistro vsus esset, rogatus, Deo, subiecit.
 Talem in familiaritatem suam **Mulz**, & in ipsa
 adyta sapientiæ admiserunt, quam ut in alios
 effunderet, ad Frisones Saxonesque contendit.
 Episcopus Monasterij **Primus** Cœnobium etiam
VVerdense extruxit, & cum nemora densa ob-
 sisterent, ad hæc excindenda famulis ventis est
 vsus, qui noctu, euerfis latè arbutis, aream am-
 plam ædificio pararunt, vnâ tantum arbore re-
 lictâ, quæ precantem **LYDGERVM** texerat. Illud
 etiam memorabile. **Carolus M.** cui imprimis
 charus erat, tertio vocatus, dum preces, quas
 Canonicas dicimus, recitaret, neglexit adire, &
 appellatus ea de re, respondi cum maiore Prin-
 cipe sibi colloquium fuisse. Atque hæc, quæ of-
 fenderet delicatiorem ætatem nostram, liber-
 tas, chariorem etiam **Carolo** fecit, meruitque
 hic, dum **Astra**, **Alcuino** doctore vsus, contem-
 platur, nouam stellam in cælo videre, **LYDGE-
 RVM** mortuum, *Ex Surio & Lipeloo.*



Ad omnem tentationem, ad omnem tribulationem, ad omnem denique cuiusque modi necessitatem, aperta est nobis Vrbs confugij; sinus Matris expansus est, parata sunt foramina petrae, patent viscera misericordiae Dei nostri.

S. Bern. s. 7. Qui habit.

Fiducia erga B. MARIAM V.

Pro Boiaria.

XXVII. MARTII.

Sanguinem suum, quem ad Franciæ Reges
 Ducésque Hiberniæ referebat RUPERTVS,
 tum nobilem esse probavit, quando Van-
 gionum Episcopus virgis seruillem in modũ per
 urbem cæsus & in exilium est actus. Sed nobilif-
 simo Exuli dignum domicilium patuit, Boiaria.
 Huc euocatus in exilium inde superstitionem
 misit & primus ferè Boijs patriam suam cælũ
 ipse exul ostendit, regemq; primò Theodonem,
 tum proceres, mox populum magno numero
 sacro fonte lustravit. Abhinc sedem & arcem
 sacrorum Iuuuiciæ (quæ hodie Salisburgum est)
 posuit, mox Cænobium hic templumq; D. Pe-
 tro, alterum dein montibus, idque D. Maximi-
 liano sacrum, velut præsidium sanctæ religionis
 imposuit, prodigijs ignibus tunc nobile. Sub
 hæc in patriam magnis itineribus contendit,
 nouasque auxiliares copias Viros XII. adduxit,
 sui plane, vt aliud nihil dicam, simillimos. His
 adiuuantibus bellum sanctum, totam penè Bo-
 iariam Christo subegit, templaque velut propu-
 gnacula pietatis plurima passim extruxit. Inter
 hæc utiq; & pulcherrimum ornamentũ patriæ
 & firmissimũ munimentũ, Aedes veteris Oetin-
 gæ numeratur, DEIPARAE sacra; vt quãdo huic
 omnia se debere Boij fatentur, multũ profecto
 etiã RUPERTO debeant, qui Regionis Tutelam
 eam VIRGINEM inquã princeps cõciliauit. Obijt
 Anno DC. XXVIII. fati sui certus & diei. Paren-
 tare lacrimis omnes Boij, sed Angeli cantu festi-
 uo visi, illi sordidati, hi candidati, vt nosse illo-
 funeri, hos animi triumpho adesse. *Ex Surijs*



S. GVNTRAMVS C.

Usura Mundi centum ad vnum: Deus vnum
 accipit ad centum: & tamen homines cum Deo
 nolunt habere contractum. Sunt forsan de cau-
 tione solliciti? Quare? homo homini exigua
 chartulae obligatione constringitur? Deus tot
 & tantis voluminibus cauet, & debitor non te-
 netur? S. Pet. Chrys. s. 25.

Affectus Misericordiae,
 Pro Regno Galliae.

Qui Reges saluam maiestatem & regna sua volunt, recte arces ædificant & propugnacula; sed rectius iidem aras struunt templaq; & ad stipendia optimos præfidiarios, egentes euocant, luxuriosos merito Regem GYNTRAMVM numeramus, pulcherrimum Galliarum lilium, & merito in Marianum hortum transplantandum. Regias hic gazas omnes vel in sinum pauperum vel templorum adyta prodigus sparsit. Certauit vero cum GYNTRAMO DEVS, nunquam non victor, si de liberalitate cum homine certamē sit. Et forte fortuna somno, ad quem à venatione fessum perstreptentis riuuli susurrus inuitauerat, aliquantum indulgebat. Hic, qui pro dormiente vigilabat, Armiger, videt Dominum cum somno nescio quod animalculum proflare; ei cum pontem esse regio struxisset, aquas superauit & proximo spelæo successit, paulo post viam eandem relegens ore denuo Regis se abdidit. Subinde hic euigilat & somnium de reperto thesauro narrat. Sed & Armiger subiicit, quæ vigilans somniauerat. Ergo in specum itur & ingens aurum vis eruitur, sed omnis iterum cælo, hoc est templis & egenis transcribenda. quo factum, ut sicam eorum, qui paricidas manus afferre regi vel epulo sacro accumbenti, vel ad matutinas preces eunti parabant, semper Numen excusserit prodideritque. Tam firma, ô Reges, munimenta templa sunt, tam fidi, si admittitis, corporum vestrorum Custodes pauperum sunt cohors!

Ex Paul. Diac. & Greg.

Turon.



Si paupertatem vix ferre possumus tempo-
 ralem, in æternum fieri mendicus quis durabit?
 Cur ergo Christianus, cui militare est id quod
 viuit seculo, non cogitat, vt pericula terrena
 otijs cælestibus consoletur? *S. Pet. Chrysf. s. 54.*

Magnanimitas.

Pro exulantibus ob fidem Catholicam.

XXIX. MARTII.

AMbos Geiserici Arriani Regis furor affrexit, et si SATVRVS regia domus Procurator, ARMOGASTVS Comes esset. Et SATVRO quidem, ni ad perniciam regis mores suos etiam ipse componeret, ob oculos ponebantur officij, bonorū & Liberorum spoliationes, magna semper apud aulicos momenta: ipsa adeo Coniunx vltimæ sortis homini, & qui camelos agebat, ad ludibrium iam fuerat destinata. Sed facile despiciere hæc omnia poterat SATVRVS, qui oculos cælo delexerat. illa expugnare ferreæ poterant animum: supplex marito coniunx & iuncta matri Liberorū cohors, firmissima acies; structæ deinde ante pedes insidiæ infans, inquæ, abiectus, minimus ille, sed maximus apud patrē orator; confusæ denique omnium in vnum lacrimæ gemitusque, potentissima apud domesticos tela. Perstitit tamen incōcussus SATVRVS & obiurgavit etiā intempestiuam suorum pietatē & quæ impium in DEVM esse iuberet. Ita ab officio deiectus omnibusque exutus in exilium nihil præter innocentiam extulit fidemque DEO seruata. Iam ARMOGASTVS cum nervis vtrius & frons torquerentur, nervo altero hos & fortiorū (Cruce) non semel rupit. E pedibus suspensus dormire poterat videri. Ad sabulum eruendum damnatus virum in arena se præstitit. Bubus pascendis præfectus dignum hunc Martyre magistratum censuit esse. Mortuus quoque tumulari tamen nō nisi sub arbore voluit. Sed egesta sub hac humus sarcophagū è marmore ostendit tam splendidū magnificūque, vt inuidere cumulū pastoribus Reges potuerint. *Ex Vitis. Vitis*

Video meliora, probosq; deteriora sequor.

MRA



S . EVSTASIVS . ABB .

O si velimus omnem mentis nostræ paraly-
sin peruidere, animam nostram virtutibus de-
stitutam iacere in vitiorum stratis videremus:
lucet nobis, quemadmodum Christus & no-
stras quotidie noxias respicit voluntates, & ad
salutaria nos remedia pertrahit & perurget in-
altos. S. Pet. Chrysf. 50.

Agnitio humanæ fragilitatis.
Pro resilientibus à bono proposito.

XXIX. MARTII.

Columbani discipul⁹ fuit **EVSTASIUS**, eius-
 que in Luxouienſis Cœnobij præfectura
 ſucceſſor. Pœnitentium dolori ita ſem-
 per condoluit, vt prior ipſe lacrimas daret, imò
 ſuis illorum proliceret lacrimas, optimã ſemper
 peccantibus medicinam. Et ſi igitur lacrimis o-
 culos ſuos corrumpere videretur, geminis tamẽ
 Virginibus reſtituit amiſſos. Haſ inter Burgun-
 dophora fuit Chagrenici viri nobilis filia &
 Deo iam olim deſponſa; quæ cum poſtea paren-
 te auctore, hominis thalamũ cogitaret, vindi-
 cavit febris cogitatum adulterium, & vt patri
 dolerent oculi, filia ſuos eripuit. At **EVSTASIUS**
 primò patrem facinus ſuum videre, tum filiam
 etiam diem fecit, iam inter eos, qui principes fa-
 cem Chriſtiana legis in Boicam intrulerunt, nu-
 meres **EVSTASIUM** licet. Et tunc ille opere pretiũ
 ſux, non item Agreſtinus, homo temerarius ag-
 vaſer nihilque monachi præter nomen veſtem-
 que præferens. Hic malus in eũ diem discipu-
 lus religionis tamen Magiſterium affectauit, &
 cum minus ex ſententia cederet, inſtitit Magi-
 ſtrum **EVSTASIUM** totũque Columbani gre-
 gem calumnijs petere, eamque in rem ſocios
 cogere. Sed ex his alijs lupus, alijs fulmen, mor-
 bus alijs, ipſi Agreſtino ſilentium ſecuris impo-
 ſuit à ſeruulo impaſta; cum cum non multo
 ante accuſatorem expertus **EVSTASIUS** ad diui-
 num tribunal vocaſſet. Secutus hic paulo poſt,
 præuiſa (quò minus timeret) morte, rectiùs
 accuſaturus Magiſter diſcipulum
 ; ingratum. *Ex Surijs.*

Nos omnes pascha tua

MRA



S. MECHTILDIS V

Confirere peccatum, vt Christi possis venire
ad Mensam; vt sit tibi Panis Christus, & panis
ipse frangatur in tuorum veniam peccatorum:
vt fiat tibi poculum Christus, qui in tuorum de-
lictorum remissionem funditur. Agnosce te
peccatorem, vt tecum prandeat Christus. S. Pet.
Chryf. f. 30.

Ardens desiderium SS^e Eucharistiæ.
Pro indignè communicantibus.

XXIX. MARTII

Ceras alij auitas in MECHTILDE easq; Præ-
 cipuum & Imperatorum numerant; at nos
 virtutes, quas si nō omnes enumerare po-
 terimus, aliquas certē aduocabimus. Et primò
 quidem, quod ferè amat in illustribus puellis
 fieri, in cunis desponsa videtur, sed nimirum
 Christo. Certè quinto ætatis anno a parentis in
 DEI abiit Parthenonem, qui Dießz tunc fuit.
 Ab hominis thalamo quam abhorruerit, inde
 æstimes, quod omni lecto abstinerit. carnem
 quam oderit carnisque illecebras, inde, quèd ab
 hac semper, dum vixit, abstinerit, sed nec vinū
 admiserit vnquam, nisi Ratisponæ ex aqua fa-
 ctum; si tamen id vinum fuit & non nectar po-
 tius, quod cælum inuitz tertio tunc miscuit.
 Iam Virginem adultam illam, sed linguam &
 ab orco obsessam, vā operā & linguæ vinculis
 & obsidione tam graui liberauit. Plura alia mi-
 ra, quæ vel cum Ancistita esset Edelstetz in
 Sueuia, vel Dießz (nam huc sub vitæ finem
 redijt) à morte ipsius sunt prodita, quod mor-
 bos reduces non silentibus minaretur. Capilli
demortuæ fulmina exarnatunt. Pagum Dien-
 gensem cum dorem monasterio impetrasset,
 partem reddituum deuouit sanctioribus panib⁹
 piensendis, qui sacrificantiū vsui cederent. Atque
 hoc est credo, cur vltimūm ægrotanti solatia
 è cælo tulit VIRGO MAGNA & Cibum diuinum
 Angeli ministrarunt, quando nec epulum, nec
 epuli spectacula, nec structores, nec conuiua no-
 biliores potuerunt esse. *Ex to. 4. ant. lect. Canisij.*



Si amor Dei tenere te non potest, saltē teneat
 & terreat timor iudicij, metus gehennæ, laqueus
 mortis, dolores Inferni, Ignis vrens, vermis cor-
 rodens, sulphur foetens, Tartarea & omnia ma-
 la. *S. Bern. de Int. domo c. 63.*

Studium audiendi verbi diuini.

Pro Garrulis & Indetotia.

XXX. MARTII.

Iter in Gallias D. Dionysio cum gemino comite instituenti tertius comes REGVLVS accessit, non infelicibus auspicijs. Etenim cum illi sanguine suo sterile etiamnum solum rigassent, inter diuina REGVLVS eius rei nuntias ternas columbas habuit, quæ hec gressu singulorum Martyrum nomina in scheda ferebant descripta. His ille auspicijs fretus bellum omni superstitioni indixit, templa passim Deorum euerit, Deo posuit. Cum ex humano hospicio Stygis incolam exigeret, voluit hic in munus REGVLVM migrare. At quò virtute Crucis vel ab hoc magistro docerentur nostri hæretici, mulas pede priore in puluere Crucem scripsit, itaque longè hostem proscripsit. Datus verò, qui aditum hunc orco negauit, exitum è carceribus Christianis facillè indulgit. Nam cum permulti inter vincula agerent, REGVLVS scipione clavis vicem usus, ostium pulsauit, aperuit, vinculos omnes dimisit; cumque vrbi Præfectus vnam pro omnibus vicariam vicissimam REGVLVM morti destinasset, in somnis Dionysius adfuit, mortemque, quam REGVLO parabat, ipsi iudici intentauit. Illud simul lepidum, simul mirandum. Ad concionem dicebat; sed dicentem garrula animalia Raaræ sæpè sæpiùs interpellabant. Imperauit REGVLVS silentium immorigeris, & ecce continuò tacitæ audiuerunt declamantem. Dixisses tunc illas in homines iterum, hodie vero homines in ranas iterum abijisse, *Ex Petro de Nax.*



Sit suavis & dulcis affectui tuo Dominus
 Iesus contra malè utiq; dulces vitæ carnalis il-
 lécebras, & vincat dulcedò dulcedinem, quem
 admodum clauus clauum expellit. Sit etiam
 fortis & constans amor tuus, nec cedens terro-
 ribus, nec succumbens laboribus. *S. Bern. f. 203.
 in Cant.*

Læticia Cordis.
 Pro Mundi sectatoribus.

XXXI. MARTII.

PVellis alijs Sponsum forma, BALBINAE de-
 formitas conciliauit. Id in hunc modum
 accidit. Ad miraculū primò formosa fuit,
 obque id parenti Quirino Tribuno vnicè cha-
 ra. Sed quia hinc Alexandrum Pont. itemq; Her-
 metem Præfectum ob fidem in vinculis habe-
 bat, Numen vindicare impietatem patris in fi-
 lia (oculo parentis) statuit, colloque Virginis
 ingens onus, & quod omnem pulchritudinem
 extingueret, strumam appendit. Cum hac dote
 cum nulli iam placeret BALBINAM ducere, &
 parens desperandum sibi de nuptijs filiae vide-
 ret, Alexandrum in vinculis accessit, promisit-
 que, si strumam filiae collo pelleret, superstitionem
 se cum hac animo pulsurum. Facile vtrin-
 que conuenit. Vix admonuit Alexander filiae vin-
 cula sua, quæ Quirinus iniecerat, cum illa stru-
 mam, vterque superstitionem posuit. Itaque
 iam Nuptiæ splendidè parabantur. Sed puer
 elegantissimus adstitit Virgini, face armatus.
 Is siue Amor siue Hymeneus sanctior facile
 melioris Sponsi amore accendit, LESVQUE vt nu-
 beret, induxit. Interea creberrima oscula salu-
 tis auctoribus vinculis Alexandri fixit. Idem
 præstitit monita ab Alexandro D. Petri vincu-
 lis. Mortui deinde pro Christo & Alexander
 & Pater. Virgo longius superuixit,
 vtriusque heres virtutis.

Ex Ferrario.

A P R I L I S.

- | | |
|----|-----------------------------------|
| 1 | S. Valericus Abbas. |
| | { S. Franciscus de Paula Conf. |
| 2 | S. Musa Virgo. |
| | { B. Genouefa Palatina. |
| 3 | S. Richardus Episcopus. |
| | { S. Iosephus Conf. |
| 4 | SS. Theodulus & Agathopus. MM. |
| | { S. Vincentius Ferrerius Conf. |
| 5 | S. Irene V. & Mart. |
| 6 | S. Guilielmus Abb. |
| | { S. Calliopius Mart. |
| 7 | S. Aibertus Eremita. |
| | { B. Hermannus Conf. |
| 8 | S. V. Victorpus Episc. |
| 9 | S. Maria Aegyptiaca. |
| 10 | S. Macarius Patriarcha. |
| | { S. Stanislaus Ep. Mart. |
| 11 | S. Guthlacus Eremita. |
| 12 | S. Alferus Abb. |
| | { S. Iustinus Mart. |
| 13 | S. Hermenigildus Mart. |
| | { S. Fronto Abb. |
| 14 | S. Thomais M. |
| | { S. Lydvina Virgo. |
| 15 | S. Eutychius Mart. |
| 16 | B. Ioachim Senensis Conf. |
| 17 | S. Helenus Abb. |
| 18 | S. Vrsmarus Episcop. |
| | { S. Theodorus Mart. |
| 19 | S. Vernherus Mart. |
| | { SS. Sulpitius & Servilianus MM. |
| 20 | S. Agnes de Monte Politiano V. |

S. Angel.

- 21 S. Anselmus Episcopus.
 22 S. Theoderus Archimandrsta.
 23 B. Aegidius Conf.
 24 { S. Georgius Mart.
 S. Bona Virgo.
 25 S. Marcus Euangelista.
 26 S. Basileus Episcopus.
 27 S. Sita Virgo.
 28 { S. Paphnutius Mart.
 SS. Didymus & Theodora MM.
 S. Petrus Martyr.
 29 { S. Hugo Abb.
 S. Robertus Abb.
 S. Catharina Senensis V.
 30 { SS. Marianus & Iacobus MM.
 B. Franciscus Senens.



Faceſſat ab ore Militis Chriſti omnis vani
 rumoris ineptia, & lingua, quæ Immaculati Agni
 imo ſummi Verbi rubet ſanguine, dedignetur
 otioſi ſermonis ſeſe ſecibus inquinare. *S.P. Da-
 mian. l. 6. Ep. 26.*

Caſtigatio laſciua loquentium.

Pro tollendis ſcandalolis conuenticulis.

I

N

I. APRILIS.

IMaginem Daudis in VVALERICO agnosce:
 nam & hic puer pastoritiam exercuit, & oris
 testudine totum Psalterium canere nullo di-
 dicit inagistro, dignus & ipse, qui e caulâ in au-
 lâ, vel aulâ dignius Cœnobium assumeretur,
 vbi nullam Saulis lanceam timeret. Tantum
 apud Deum potuit, vt plantaria colenti nulla
 vnquam eruca sata & brassicas læderet; neque
 vermiculos solum, sed aues etiam ita obsequen-
 tes habuit, vt ex manu eius pranderent cœna-
 réntq;. Rigente brumâ ædes Sacerdotis foco fo-
 uedus subierat, quæ alijs, quàm vellet, calere igni-
 bus sensit. Sacerdos enim & loci Præfectus vnâ
 tum fortè pridentes Venerem prætextatis
 verbis nominare ausi cor VVALERICI dolore
 exussere. Abeunte Diuo, mox Dei Vindicta
 subiit: Sacerdos oculis captus est, Præfectus len-
 tâ scdâque morte contabuit; longas ambo lin-
 guæ lasciuæ pœnas daturi. Eâ sub arbore tumu-
 lari denique VVALERICVS voluit, sub quâ Deo
 supplicare viuus consueisset, ratus benè ibi cor-
 pus quiescere, vbi benè vixisset. Et verò cubare
 se molliter manifestè ostendit; ne in Aram
 quidem à S. Bernardo inuitatus mi-
 grare sustinuit. *Ex*

Syrice.



Quàm pulchrum est, quàm decorum, vulnus à Charitate accipere. Alius iaculum carni amoris accepit, alius terreno cupidine vulneratus est; tu nuda pectus tuam, & præbe te iaculo formoso; siquidem Deus sagittarius est *Orig. hom. 2. in Cant.*

Charitas.

Pro sacra Religione Minimorum.

II. APRILIS.

FRANCISCVS de Paula decimo tertio ætatis
 anno, à parentibus ex voto S. Franciscæ
 consecratus, monente Deo, nouam Religio-
 nis familiam Minimorum nuncupandam con-
 didit. Piorum ope ædiculam sacram molientem
 S. Franciscus monuit, vt angustijs illis prolatis
 ampliorem faceret: impensas causantem
 credere Deo iussit; muris ergo deiectis, mox ab
 homine copioso magnam vim auri in opus ac-
 cepit. Cùm virtutibus omnibus abundaret, ar-
 debat tamen charitate maximè, quæ ad illum
 cælo defluxit globo igneo inscripta, eius tessera
 futura & ordinis insigne; Ea flamma cùm to-
 rum hominem corripuisset, nihil mirum est, ar-
 dentes deinde titiones impune tractasse, subij-
 se caminos, cibos quin adeo absque foco solæ
 Charitatis flammâ percoxisse. sed animos ho-
 minum eodem incendio ambulit, & extremis
 odijs dissidentes non alio ferrumine colligauit,
 artificiosus in miracula sancti Amoris. Vt cùm
 fratribus duobus Pomiferæ arboris causâ ini-
 micitas inter se alentibus, arborem dissilire me-
 diam iussit, neuter vt vno pomò esset ditior; vel
 cùm pauperum causam apud Regem acturus
 numum aureum inter digitos diffregit, ex quo
 cùm sanguis copiosè manaret, inopum eum
 esse dixit, qui acerbis exactionibus exugerentur.
 Hac deniq; virtute ad cælum subuectus est An.
 M D V I I. eâdem fiducia aërem transuolans,
 qua olim mare pallio suo instratum
 nauigauit. *Ex vita.*



S. GENOVEFA PALATINA

In quacunq[ue] hominum verſeris frequentia,
caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus ex-
plorator, aut temerarius iudex: & ſi actum quid
deprehendes, nec ſic iudices proximum, magis
autem excuſa. *Bern. de duod. Grad Hum.*

Defenſio Famæ Proximi.

Pro Aſſentatoribus Magna. um.

II. APRILIS.

GENOVEFA Brabantia Ducis F. Sifridi Comitis Palatini coniux, post votum DEIPARAE factum filium enixa est, id temporis Sifrido in Syria agente. Interea Golo, qui pro Duce Rempub. administrabat, cum pudicitiam sæpè sæpiùs GENOVEFAE necquicquam tentasset, ut scelus scelere tegeret, apud reducem Principem in suspicionem eam adduxit, ac si alieno ex toro Filium sustulisset. Maritus continuo crimen cum Matre & puero aquis iubet mergi. Sed mitiores Domino famuli cum in silvas utrumque exposuissent, domi se imperata peregisse adsimularunt. Nec defuit etiam inter silvas afflictis miserorum MATER, sed ceruam misit, quæ statâ horâ quotidie Infanti vbera præberet. Annus agebatur Orbis restaurati DCCCL. exilij GENOVEFAE V. cum Sifridus, dum feras quærit, in homines offendit, in ijs coniugem & Natum, in utroque crimen suum agnoscit, VIRGINI VERÒ SOSPITATRICI id loci templum struit: ut si eius beneficia vrbes taceant, vel silvæ loquantur

Ex Molano.



Ut Deum contempleris factus es; non ut lu-
 mi irrepat vita tua; non ut pecudum ritu volu-
 ptate perfruaris: veriùs ut ad normam & insti-
 tutum cælestis vitæ tuam ipsius componas. S.
Basil. Hom. 11. in Hexem.

Grauitas morum.

Pro malè moratig;

II APRILIS.

ERat MYSA virgo Romana, rarum, at bre-
ue teneræ ætatis miraculum, cuius lecto
nomine, caue citharam chorosue cogites;
nullæ occurrant Pierides; vitæ seueritatem, ver-
borum inoderationem, animi recessum disce.
Quiescenti olim Deipara deaso virginum sa-
cratum agmine cincta se obtulit; omnibus in
vultu nitor solis, in veste candor nivis. Et Regi-
na quidem eam affata: Comites, inquit, meas
dote virginittatis filij mei connubium promeri-
tas vides? augebis tu numerum, si moribus ma-
tronnæ potius quam puellam præstiteris, & in-
fantia senilem miscueris temperationem. Ni-
hil, quo pares leuiter exultant, amabis. Religio-
ni risum, iocum sceleri duces. ad honesta oculis,
ad interrogata verbis vtæris. ad necessãria ma-
num, ad iussa gradum mouebis. Sic efficiam vt
trigesimo die voti compos fias. Sub hæc ita
mutata est MYSA, vt sollicito parentum oculo
non indigeret, ex qua tot grauitatis peti argu-
menta poterant. Itaque interrogare subiit noui
moris causam: quam filia nocturni visi comme-
moratione attonitis indicauit. Quinto inde ac
vicesimo die febris corripitur: trigesimo Deiparã
MYSAM euocante, illa gestiens iterat, *Ecce domi-
na venio*, & cum voce hinc abiit, vobis quoque,
qui MYSAS colitis, Ducem præbitura se, monitu-
rãque cælum ambientibus morum leuita-
tem oneri esse. *Ex l. 4. Dial.*
S. Greg.

Dulcor
Euo liquefactum e
cor mentis



S. RICHARDVS E.

Dic mihi, ubi nunc amatores Mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant? quid ex eis remansit, nisi cineres & vermes? Attende quid sunt, quid fuerunt? homines fuerunt, sicut tu, comederunt, biberunt, riserunt & in puncto ad inferna descenderunt. *Bern. l. med cap 2.*

Memoria communis mortalitatis.

Pro amicis & æqualibus.

S

N 3

III. APRILIS

RICHARDVS natione Anglus fratris inopiam seruilibus ministerijs voluntate susceptis, leuauit, eidemq; paternâ hæreditate, pactâq; nobilis & opulentæ virginis matrimonio cessit. Dum litteris nauaret operam, nullo certo viuendi præsidio, communi cum Sodalibus duobus pallio, vicissim scholas aditurus utebatur. In Episcopatus fastigium euectus, cum honore, vt assolet, non mutauit morem, paupertatem à se fugientem velut elapsam bonam fortunam insecutus: aureis quippe argenteisq; vasis in pauperum annonam expensis, præstare dictitabat, fictilibus, more parentis, cœnare, quàm Christum egenorum turba repræsentatû esurire. Vno pane mille homines saturauit, Deo voluntati benefaciendi facultatem suggerente. Aliquot suarum domorum incendium restrictæ ad largiendum manus vindictam est interpretatus; & quos multi conuicio à se manûque reijciunt inopes, tanquam accepturus, non daturus beneficium, ad petendum blando affatu excitabat: cuius facti rationem postulatus, illud ex diuinis litteris protulit: *Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Sub mortem noxum Deiparæ cultoribus carmen à Sacerdotibus lectulo adstantibus iterari voluit:

Maria mater gratiæ, Mater misericordiæ, Tu nos ab hoste protege, Et hora mortis suscipe.

Immortuus est sacre crucis complexibus ad annum M. C. C. XLV. *Ex Surtio.*



Sicut ignis in lignis viridibus suffocatur, ita
 sapientia in Adolescentia tentationibus & libi-
 dine impedita non explicat suum fulgorem, nisi
 labore & studio & oratione incentiua iuuentu-
 tis repellantur. *S. Hier. ad Nepot.*

Oratio studijs coniuncta.

Pro Humaniorum literarum studio

III. APRILIS.

IOSEPHVS ævi sui Poëta clarissimus Thessalo-
 nicæ & Byzantiæ vitam egit, qualem agere
 Musæ amant, à mundi turbis semotam. Par-
 nassus ei cella, lectus terra, cibus panis, potus
 aqua fuit nam hæc, & non mero fluere Hippo-
 crenen nouerat. Hic ille factorum varum mo-
 numenta lectitare, in vota non vana Poëtarum
 nomina, sed Numen vocare, atque ita demum
 pleno ore Cælites canere. Porro in D. Bartholo-
 mæi laudes iturus cum euocare omnes ex Heli-
 cone Musas gestiret, meditabundo ipse Diuus
 adesse & libro pectori admoto bene precari vi-
 sus est. Non è Parnasso sed cælo hoc fuit som-
 nium. Nam deinceps versus IOSEPHVS non fe-
 cit, sed fudit, vt qui exciperent, iam olim ad om-
 nes vngues examinatos, nunc è memoria tan-
 tum promi autumarent. Itaque Imperatoribus
 etiam gratus, non potuit tamen, quin in exiliũ
 secundo pelleretur. Sed quia causam habebat
 cum DEO communem, etiam hic Poëtarum in-
 geniosissimum vicit, locoq; ac muneri suo sem-
 per restitutus, demum immortalis laurea do-
 nandus ad Mecænates suos abiuit Superos. Hos
 omnes, quos quidem versu laudauit, ad exequias
 Poëtae sui confluisse, S. Theodorus ab ijs ipsis
 rediens cuidam ad tumbam suam supplici nar-
 ruit. Tantum refert, scire quos laudes. Nunc
 dum non laudanda in Mundo laudant Poëtae,
 quod pretium ferunt, nisi vt splendidè diu men-
 tientibus Mündus splendidius mentiatur, &
 post multas Fabulas vltima & longissima fabu-
 la ipsimet fiant? *Ex Menais.*

MRA



SS. THEODVLVS ET AGATHOPVS. MM

Nauicula Christi nunc tollitur ad cælum, nunc
in trepidationum ina descendit: Nunc Christi
regitur viribus, nunc formidine iactatur: nunc
operitur fluctibus passionum, nunc confessionum
remigijs enatat. Sed nos iterum atque iterum
clamemus, *Domine salua nos, Perimus. S. Chryso-
s. 20.*

Vsus precum iaculatoriarum.
Pro Nauigantibus.

IV. APRILIS.

Nemo vel citò vel serò nimis cæli viam
 ingreditur, si quidem ingreditur. Iuuenis
 ætate THEODVLVS, senex AGATHOPVS
 parili tamen cursu per Martyrum stadium cu-
 currerunt, anno à Christi ortu quarto supra tre-
 centesimum. Et THEODVLVS quidem ante cur-
 sum, brauium (certè archam brauij) scribitur è
 cælo anulum accepisse, qui artificis cæli manum
 crebris miraculis, quibus omnes passim morbos
 pellebat, laudauit. Porro cum intra carceres
 ambo adhuc confisterent, in somnis ab ipso Nu-
 mine sunt animati, ipsi verò ad fidem exemplo
 suo adductos alios animarunt. Postridie ad vir-
 tutis theatrum (tribunal tyranni) tracti in ru-
 borem hunc, in lassitudinè tortores dederunt.
 Ea quæ secuta est nocte, iterum carceribus clausi
 idem vterque in somnis somnium viderunt.
 Naufragium sibi facere videbantur, sed auspica-
 tum illud & nimium fortunatum; quòd cæteris
 quidem, quorù longè plurimi erant, fluctu hau-
 stis, ipsi nescio in quem montem cælo contiguū
 euassissent, candidis ibi vestibus ornati. Somni-
 um hoc dies explicuit. — In mare cum Saxis ap-
 pendicibus abiecti ipsissimum Olympum subie-
 runt. THEODVLVS deinde multâ luce candidus
 inde ad suos reuisit, quòd testamentum facere
 esset oblitus. Dixit ergo heredes omnium pau-
 peres, & te quoque inter huius testamenti
 executores hodie cupit habere.

*Ex Metaphr. apud
 SURIUM.*



Ad evitandas Diabolicæ pugnæ molestias valenter assurgimus, si necessitatis ultimæ periculum providè pertractemus: Nam si repentinus ille atque terribilis adventus Christi perpenditur, quid erit in mundo, ubi mens humana delectetur? *S. P. Dam. l. 1. epist. 19.*

Refrenatio malarum cupiditatum.

Pro lascivis,

V. APRILIS.

SVINCENTIVS antiquâ Ferrerierum familia in Hispania natus primis statim annis documenta edidit Magisterij Pietatis, quod vir exercuit, iam puer inter pueros Magnus Orator. Ea initia egregia indole ac literarum eximio profectu fecit auctiora, omnem libertatem pertæsus, quæ leuitatem oleret. Ingressus S. Dominici familiam & Christi aspectu, morbo leuatus, eius imperio populos ad pœnitentiam euocare institit, tam strenuè quidem, vt satis cõstet Iudæorum viginti quinque millia, totidem ferè Saracenorum, Christo eius operâ conciliata; Christianorum centum viginti millia eidem reconciliata: publicis flagitijs infamium quadraginta millia ad innocentiam reducta. ardorem dicentis inde intelligas, quòd capitalia ausos cum ad furcam comitaretur, oratione primùm efferuescere, mox colliquescere, denique in cinerem exarescere coëgerit felicissimo supplicio Amoris extinctos. Tot spolijs Orco abactis triumphantem mirum non est, si Styx odit & spoliare castitatis gemmâ contendit, quantumuis irrito conatu, quòd in Magnæ Matris tutela esset, quæ suo pugili adstitit, & victorem rude donauit, in nos quoque exemplum repetitura, si cum VINCENTIO vincere vellemus. Acta olim furijs mater, ac proli suæ iniqua infantem in multas partes secuerat: has collectas vir sanctus integritati vitæque restituit, post dæmonem etiam de morte triumphans, quæ proinde obstruere viam huic sideri non potuit, quo minus ad cælum Anno MCDXVIII, ferretur. *Ex SHR.*



MOX vt germinare inceperint fœdæ cogitationes, compunctionis gladio interimat ipsas, qui cordis sui IESVM cupit habere possessorem; virilem super se adhibeat custodiam, qua neo seducatur nec alliciat: *S. Laur. Inst. de Cast. Conn. 6.33.*

Exterminatio malarum cogitationum.

Pro peccantibus lasciuiâ oculorum.

V. APRILIS.

IRENE S. Anastasiæ famulabatur, conditione,
non item Virtutibus Heræ impar. Vnâ cum
duabus Sororibus ad Tribunal rapta est im-
mitis Dulcitij, quôdque magis timendum fuit,
etiam lasciu. Profuir Innocentibus, quôd Amor
ia furorem abiit, qui Dulcitium ad dissuauian-
das ollas impulit, quarum fuligine deformatus
cæcus Amator bæchatûsque per urbem popu-
lo ludos præbuit. Sed neque cum denudari Vir-
gines mandasset, vestes corporibus eripi vllâ vi
potuere; pugnantē pro ijs, & togas retinente
mordicus pudore. Fornace deinde (Babyloni-
cam dixisses) conclusæ IRENES Sorores inter
flammarum blanditias verius quam tormenta,
mortem somni similem, illæsis corporibus, op-
petierunt. IRENE verò ardentiores etiam ignes
euasit; in lupanar quippe Veneris fornacem per
vim intrusa, ab Angelis sub militari habitu la-
tentibus, illibata Virginitate, inde educta est, &
in montem ablata, extra teli quidem Cupidinis
iactum, non æquè tamen furentis adhuc Dulci-
tij posita; ab hoc enim celeriter insequente emi-
nus sagittâ transfixa est volens labensque, &
Amorem suum Numini faucio-pectore testaru-
ra, mox in eius complexum à cælestibus Para-
nymphis domum, id est Cælum, deducta.

Anno salutis C C C I V. Ex Actis

S. Anastasie.



Christus sit confabulator tuus : Christus sit
 contubernalis tuus & conuiua ; imo Christus
 ipse sit tuæ deliciae , ipse quotidianæ refectionis
 epulum , ipse tibi sit intimæ dulcedinis alimen-
 tum. *S. P. Dam. l. 7. Ep. 6.*

Familiaritas cum Christo.

Pro aspirantibus ad perfectionem.

VI. APRILIS.

GVILIELMVS domi nobilis, Hugoni Abbat-
 ti, apud Parisienses, à Parentibus ad om-
 nem pietatem informandus traditus est.
 Nec abhorrebat à disciplina pius animus, qua
 comite feliciter in literis progressus, facile su-
 perabat æmulos, quib. ob morum integritatem
 fastidio fuerat. Patebat multorum inuidia,
 quam ille æquo animo perferens nihil alienum
 à virtute patrabat, quæ sedem firmam in pecto-
 re ipsius iam fixisset. Dubius quo vitæ genere
 virtutis studia decurreret, monente tandem se-
 uerius Odone Abbate, & obiecta Christi Cruci-
 fixi in vitrea fenestra depicti specie, pectori eius
 faces subdente, in religiosam se familiam rece-
 pit, in qua cælestibus promissis accensus ita se
 probauit alijs, vt Roschildensibus præficeretur
 Abbas. Et quia Pij omnes aduersus exercentur,
 nequaquam ab ijs vir sanctus eximius fuit, cæli
 nihilominus delicijs sustentatus. Grauius de-
 cumbenti S. Genouefa virgo solamen & mor-
 bo medicinam attulit. Morituro denique Repa-
 rator noster Sanctis comitatus conspicuum se
 fecit, scilicet ne mortis laruâ terreretur. Cælum
 Ann. MCCII. subituro paratum solium eius
 discipulus vidit, coronamque, rarum opus &
 Angelorum manibus elaboratum; sed gemmas
 GVILIELMVS suppeditauit, virtutes suas, qua-
 rum nos nomina fortasse scimus & subinde de-
 pretio disputamus, sed subterfugimus pa-
 tientia scalpellum, sine quo nul-
 la gemma cælatur.

Ex Strio.



Perpende & inuicem confer tribulationem
 & gloriam; momentaneum & æternum; leue
 & pondus; gaude & exulta, quia quod tribula-
 tionis sustines, momentaneum est, quod gloriae
 præstolaris, æternum est; leue est, quod toleras,
 dondus, quod expectas *S. P. Dam. l. 8. ep. 6.*

Consolatio afflictorum.

Pro mæstis & ærumnosis.

VII. APRILIS.

CALLIOPIVS eximiâ sanctitate iuuenis ad agenda Liberalia ab impijs inuitatus liberè abnuït, nefas esse Christianis dicentis, insanire cum ratione; Præfectus vrbis Maximus extrema primùm comminatus, cum nihil obiectis terribus profecisset, versus ad blanditias, velut in dotem inuitamentumque sceleris filiaë matrimonium promisit. Eam conditionem generosiùs etiam respicientem plumbatis contundi, neruisque crudis fœdè laceratum, in rotam iubet innecti, curuaturâ cultris obarmatâ, rogòq; iuxtâ validè flammante. Vtriusque tamen metum discussit Angelus, qui & ignem opprescit, & rotæ volubilitatem conuersionesq; stirit. Theoclia mater audito filij casu in carcerem ad filium penetrat, vulnera obligat, gratisque vocibus prædicat, quòd Martyrem peperisset. Noctū inter precandum cælesti voce confirmantur. Damnato denique ad crucem Calliopio, mater pretio lictores obstrinxit, vt situ inuerso statuerent crucem. Mira sceminæ virtus in comparisonem Machabææ vocanda. Ad supplicium velut triumphantem profequitur, in cruce tanquam solio filium spectatura. Pendentem cælestis nuncius ad æternitatis gloriam euocauit. Mater amplexu stringens exanimum pignus præmissum ad superos filium è vestigio est

insecuta. Ex Metaphr. & Baram. in Not.



Inter pressuras & ærumnas ad illum semper
 oculos erige, qui te paratus est, post flagella, dul-
 cedinis suæ gremio confouere; qui te post turbu-
 nes & procellas in supernæ quietis amœnitate
 constituet & ab oculis tuis lacrymas linteo cõ-
 solationis absterget. *S. Dam. l. 8 ep. 6.*

Expectatio consolationis diuinæ.

Pro inopia pressis.

VII. APRILIS.

AIBERTVS stans, à puero, precationibus somnum distinguebat. Terram, originis memor, frequenter osculabatur: finemque respiciens modico alimento moriturus utebatur. Cùm vitam S. Theobaldi poetis vincam numeris à vano homine demississet altiùs in petus, in loca primùm sola recessit: Aquilæ deinde specie cucillum sibi offerentis excitatus, ad Monasticen se vocari intellexit; demum in solitudinem redijt, finemque arctioris vitæ initijs æquavit. Ibi cùm aditu aquarum eluionibus oblesso vitæ necessarijs arceretur, Deipara virginum chore cincta buccæ panis in os AIBERTI indidit, qua exinde cibi inopiam annis duobus & viginti, duobus minus bibendi desiderium sustentavit. Cilicio corpus, imò Innocentiam tegebat; neque enim Castitas tutius habet inuolucrum. centies quotidie procumbens verba diuinæ ad Deiparam legationis iterabat. sciamno soloùe somnum excipiebat, ingratum naturæ exactoré & pretiosi temporis furem multandum non mulcendum existimans. Multos à deuo in semitam virtutis, histrionem adeò, cuius quondam odæ mutandi status occasionem præbuerant, reuocauit; facilis audiendis pœnitentium criminibus, plúsque patris quàm iudicis adferens ad tribunal. Vitâ ad hunc modum in annum quinquagesimum prolatâ rebus humanis eximitur An. M C X X I V. & nunc quoque non nisi vno cibo pascitur,

ASPECTV DEI. Ex SUR.

& Lippel.



Ecce paruulus in medio statuitur: studeamus effici, sicut paruulus iste: discamus ab eo, quia mitis est & humilis corde; ne magnus videlicet Deus sine causa sit factus homo paruus, ne gratis mortuus, ne in vacuum crucifixus. *Bern. S. 3. sup. Missus.*

Deuotio erga Christi Infantiam.

Pro Pauperibus Studiosis.

VII. APRILIS.

HERMANNVS septem annorum puerus
 cepit inter vltimam rerum omnium in-
 opiam Musas, sed præ Musis impensè
 MARIAM colere. Eam cum in templi oedeo lu-
 dentem cum FILIOLO & D. Ioanne vidisset,
 dextrâ VIRGINIS in societatem accitus, homo
 Superis collusit: puto vt cælum ostenderet, qui
 maximè ludus studiosum adolescentè deceret.
 A ludo saxum monstravit PATRONA, vnde quo-
 ties egeret, nummos promeret. Ita Mecenate
 cælo vsus, simul annum XII. fuit ingressus
 mundo est egressus, ratus longum cæli iter ado-
 lescentiæ maturè ineundum esse; Inter religiosa
 vitæ studia tam amor in HERMANNO MARIAE,
 quàm HERMANNI in MARIA creuit, vt cum pri-
 mùm amantissimo IOSEPHI nomine donaret, tū
 deinde in Sponsum deligeret, dotemque in ma-
 nus omnes cæli diuitias FILIVM daret. Agritu-
 dines illius complures sua manu absterfit. Tri-
 stiozem, quòd munij alijs distractus precibus
 vacare non posset, monuit, plus apud Superos
 sollicita in alios studia, quàm quieta inter preces
 suspiria mereri. Quoties genu supplex MARIAM
 nomen venerabatur, roties omnibus perfundi
 sibi odoribus visus est. Cælo hiemante litantis
 manus, ne à frigore offenderentur, IESVS & MA-
 RIA fouebant, duo vtiq; calidissima sidera. Cor-
 pusculum mortui vt supra terram semper, ita
 etiam sub terra diu integrum mansit; an quia
 odoribus, quos memorauimus, illud condidit?

Ex Suetonio.



Si non solum anima, sed & corpus nostrum
 templum est spiritus S., quomodo is, cui prohi-
 betur carnale commercium, non violat templum
 Dei, dum semetipsum petulanti luxuriae prosti-
 tuium constituit, spiritum S. in quo signatus
 fuerat abijcit, spiritum libidinis in se introducit?
S. P. Damian. l. 4. Ep. 3.

Zelus honoris diuini.
 Pro Clericis incontinentibus.

IIX. APRILIS.

DE VVICTERPO Gallia contendit & Boiaria. sed cælum pridè litem diremit, cum sibi illum vindicauit verior patria. Pontifex Augustæ, fundum, quem ad Iulias fauces habebat, Eptaticum, DD. VIRGINI & Laurentio donauit, locumque eum velut ad sanctiores ferias Tusculum habuit, frustra Henrico Antistite etiã mortuum inde auferre adnitente, cum vel MARIA VVICTERPVM suum nollet dimittere, vel VVICTERPVS à MARIA sua nollet recedere. Templum quoq; D. Afræ, quæ inter Hungarorù populationes alteras penè flamas passa est, è cineribus in pristinum splendorem crexit. Vos qui sacra manibus tractatis, vnum audite & exhorrescite. D. Herluca Virgini à morte tam fuit familiaris, vt quoties fere ad epulum sacrum iret, comes iret aut dux VVICTERPVS. Fortè solam Herluca se credidit inter preces. Sed sola nõ fuit. Adfuit cum VVICTERPO CHRISTVS, triste oculo amantis spectaculum & verbo ipsissima Pilati scena. Nihil hic, tantum lacrimæ & gemitus loquebantur, & nimirum tot ora quot vulnera clamabant. Illud etiã VVICTERPVS ad Herlucaam addidit: *ad hanc formam Sponsi expallescis soror? illa; emorior.* Ille iterum: *cupis ab oculis theatrum crudelitatis hoc amotum?* illa iterum: *ah! percipio* Ergo, subiicit VVICTERPVS, oculos nega Richardo sacrificanti, cuius impunitas carnifex est Sponsi tui. Audiit, abstinuit ab impuri sacris, idèmq; vt vulgus faceret, auctor fuit. O ætas nostra! ò sacra! ò Sacerdotes! eia dicite: oculos hominũ à vobis si abducunt Superi, quibus ipsi vos aspicient, nisi iratis? *Ex. BAN. S.*



Sic criminum immanitate turbatus, si conscientiae foeditate confusus, si iudicij horrore perterritus, si barathro desperationis absorptus es, Mariam cogita, Mariam inuoca: non recedat à corde, non recedat ab ore. *S. Bern. f. sup. Missus.*

Fréquens de Deipara sermo.

Pro Peccantibus & Pœnitentibus.

IX. APRILES.

Avdite omnes apud Diuinum tribunal re-
 Patronam si MATREM Iudicis habetis,
 causam peractam habetis. Certè causa
 laborauit illa MARIA, cui nomen Aegyptus de-
 dit, & tamen hac non cecidit, vbi melior MA-
 RIA perorauit. Quid enim? no minis illa sui obli-
 ta, vt voluptati litaret: pudorem non venalem,
 sed; gratis omnium libidini exposuit: quin festo
 Exaltatæ Crucis die, cum Hierosolymam Orbis
 confluere, ausa est velle ibi infanda Veneris sa-
 cta publicare. Sed molientem ter pedem impu-
 rum templo inferre, ter repulit vis arcana. Quid
 MARIA? ad MARIAM abit quid agis Misera? Ve-
 neri patrocinari vis Virginem? O quid apud
 MATREM non possunt lacrimæ? quid non lac
 MATRIS apud sanguinem potest FILII? Orat il-
 la; exorat iste: at soluit iudex admissam, quam
 absentem damnauerat. Sed audite pœnitentē,
 qui peccantem inspicit. VI. annis supra XL.
 eluit lacrimis feras inter, quidquid inter homi-
 nes peccauerat, semper oppugnata ab Orco,
 semper victrix, VIRGINIS auxilio, nulli hominū
 nisi Zosimo visa. Is diuino ductu ad eam venit,
 & vitæ seriem quam dedimus, audiuit; cum sa-
 cro dein epulo reuisit, quod vt caperet MARIA,
 per Iordanem sicco vestigio aduolauit. Ita pu-
 ram cum vndæ iam probassent, secundò redux
 defunctam in arena offendit: anxio verò de se-
 pultura Leo superuenit & fossam vnguibus de-
 dit, æternum non tam pœnitentis, quàm misere-
 rantis MARIAE monumentum. *Ex vit. PP.*



Bonum mihi Domine tribulari, dummodo ipse sis mecum, quàm regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Bonum in tribulatione magis amplecti te, in camino habere te mecum, quàm esse sine te vel in caelo. *S. Bern. f. 17. 2^{us} habit.*

Amor Crucifixi.

Pro Peregrinis.

X. APRILIS.

MACARIUS Armenus Patriarcha Antiochenam sedem beavit, sed multò magis pauperes, quòs vnos ille domi Palatinos, foris anteambulones habuit. Ob id & quæ iam tunc patrabat mira, ne in ore omniù esset, omnium in oculos fugit, & sub quo lateret ignobilis, sepulchrum Christi petijt. Sed Saracenorum scelere ad ipsa ossa vsq; lacera virtus & tribus clavis-pauimento affixa pressaque pectus ignito saxo, vt ferè solet, se ipsa prodidit: prodidere Angeli in auxilium missi, ipsique iam hostes MACARIUM, & quod caput est, in MACARIO DEVM agnouerunt. Interea parentes suum esse dedecus arbitrati orbam filij Infulam filiiamque exulem videre, mittunt, qui aut verbis aut vi adducant. Et iam parabant hanc illi. Sed cælo pugnante capti oculis manibusque, quas ad facinus extenderant, MACARIO se dediderunt. Hic Cruce, quæ illi scipionis loco seruebat, oculos & manus reddidit, itaque expeditus exul orbè deinde pererrauit Boiariæ quoque hospes, demù Gandauum in Flandriã peruenit, relictis vbiq; symbolæ loco ingécibus miraculis, quæ vnico suo scipione dedit cruce insignito. Flandriã cum dirissima lues popularetur, sese cum gemino socio vicariam vrbs victimam morti obiecit. A morte geminũ circulum cæli ostenderunt & Crucem in altero, vt sciremus, quò Crux scipio illũ abduxisset. Sed numne MARIAM amauit? Non nisi in crypta eidem dicata sepeliri voluit. Et verò vbi mollius ossa nostra iacerent, quam in sinu MARIÆ? *Ex Sur. & Bau. S.*



Necesse est, ut illic dentibus strideant, qui hic
 edacitate gaudebant: illic ab ijs irremediabiliter
 plangitur, à quibus hic voluptuosè ridetur; qui-
 que hic olfaciunt nidores aromatum, illic eos
 sulphureus fœtor excruciat, & tetra picei fumâ
 caligo circumdat. *S. Dam. l. 8. ep. 6.*

Fuga voluptatum.

Pro animabus Purgatorij.

XI. APRILIS.

GVITHLACVS regio satu nobilis circa salutis
 annum DCCVI. castra solitudine, sagúm-
 que sacco mutauit. Sedem sibi legerat ex-
 pectem humani cultus Insulam, quam perpetuis
 turbis ita infestam dæmones reddidere, vt con-
 silium fuerit, statione decedere, nisi opportunis
 auxilijs D. Bartholomæus patronus ac tutor
 confirmasset. Corruptum aliquando ad inferos
 abstraxerant iidem turbatores, vbi oculis obie-
 ctæ æternorum ignium atrocitate, minari sunt,
 nisi Insulâ facessere vellet, continuo præcipitan-
 dum. Gnarus GVITHLACVS nihil vltra minas pos-
 se, ausus est vel in hostico abnuere: Ex eo tem-
 pore quot diebus ab Angelo tutelari sub diei no-
 ctisque crepusculum visebatur, nouasque con-
 tra increbrescentem hostium impetum vires
 accipiebat. Discipulo, qui ei necem moliebatur,
 mentis arcanum aperuit: pro quo preces ad
 Deum fundere non destitit, quoad certam ei sa-
 lutem impetrauit. Eidemq; Triumphum suum
 ostendit mortuus, cuius pompæ pars fuit ignea
 turris à terra in cælum pertinens. Ethelbaldo
 Regi exuli per speciem obiectus regni restituen-
 di nuncius fuit. qui receptis potestatis insigni-
 bus, cœnobium sui vatis monumento super-
 struxit, in quo Corpus eius quiescenti quàm
 mortuo similis inuentum est.

EX SURIO & LIPPÉL,

Vita Bona, Mors Mala.



S. ALFERIVS . ABB .

Altaria Domini non alienum sed diuini duntaxat Amoris ignem accipiunt. Quisquis igitur carnalis illecebre ignibus æstuat, & sacris assistere mysterijs non formidat, sicut nunc æstuantis luxuriæ flammâ decoquitur, ita postmodum gehennæ incendijs consumetur. *S.P. Dam, l. I. ep. 6.*

Munditia Cordis.

Pro indignè cōmunicantibus & celebrantibus.

XII. APRILIS.

Patria ALFERO Salernum, Schola Principis illic aula fuit. Ex hac ad regem Germanorum legat⁹ feliciter è via aberravit & ad Regem Regum in cœnobium Cluniacense deflexit. Inde melior iam ad patriam legatus monachis illic præfuit & Cauense Asceterium condidit. Ibi mali dæmonis inuidiâ ex altissimo monte præceps deiectus risit incolumis veteratorem, altius olim nec tam impunè cadentem. Incolam saxo obtritâ à socijs in oratorio suo id noctis voluit deponi; mane deinde Vespillonibus funus querentibus hominem restituit. Quina ova cum essent, sed septem hospites, sine fraude sed non sine miraculo & forte cum risu singula singulis attribuit. Vates plurimis alijs fuit, ipse mortis suæ vatem longè nobilissimum Christum habuit, qui sexto die prius quàm obiret, ALFERVM ad cœnam inuitavit: condixit lubens, & quo famem opsonaret, ieiunus venit. Miracula mortuus continuauit, ex multis vnum illis narrabimus, qui ex Veneris hara ad Numinis aram accedunt, & heu! impurati epulo diuino inter Virgines mentes Angelos accumbunt. Fuit qui quoties sacram mensam frequenter parabat, somniorû intemperie absterreretur. Eam maculam etsi nulla suâ culpa contractâ cum precibus, ieiunijs, confessione semper elueret, redibat tamen ad inuitû illa, & etsi scelus non esset, videbatur tamen esse. Tandè dormienti adstiterè ALFERVS visus est, & fonti adnotû sanctioribus vndis lustrare, iamq; cõtra Stygis eiuscemodi vulnera eximiû facere. O similis, inquis, fõs mihi curreret! At si oculos habes, binos domi habes.



Si vnus omnium ad vitam introitus & similis
 exitus diligenter attenditur, varietas illa, que
 versatur in medio, necesse est, vt tanquam volax
 fugacis somnij vanitas contemnatur. *B. Dam.*
l. 7. Ep. 5.

Propugnatio fidei aduersus hæreticos,

Pro Ecclesia sancta Catholica.

XIII. APRILIS.

IUSTINVS Philosophus Palæstinâ oriundus, literarum amator, varias in Philosophia sectas amplexus, Platoni tandem auscultare cœpit. Declinauerat fortè populi turbam, cum nescio quid ad mare secum meditatus, in hominem incidit, à quo immortalitatem & supplicia animorù edoctus, Christianam veritatè aspexit, eandemq; aduersus hostes acerrimè tutatus est, sanguinis & vitæ prodigus. Multa Iudæi gentesque aduersum Christi cultores machinabântur, quorum causam apud Cæsarum subsellia magna dicendi libertate tutatus, illud impetrauit, vt Christiani deinceps, nisi maleficij conuicti essent, innoxij viuerent. Nobilis ingenij monumentum hodièque legitur; gloriæque est Bonis literis hanc piam operam Christo Romæ impendisse, vbi melior nunquam causa acta est, et si optimo eius Patrono sanguine stetit. Nam cum Crescentem vitâ & disciplinâ Cynicum, ignorantia hominis multoque magis canina impudentia offensus, publicis congressib. vicisset, ea res scilicet Canem illum ad vindictam inflammavit. nulla ratio perdendi Iustini aptior visa, quàm si vt Christianum allatrasset. Exosum id nomen iterum esse cœperat & capitale. Ergo structæ D. Iustino insidiæ haud sanè nolenti; captus rogatusq; Christianusne esset; affirmavit. desereretne sua sacra; renuit. mortem subiret; voluit; id Christo mortalium feuerè Iudici gratum, sibi vtilissimum fore affirmans; ac mox ceruice securi subiectâ vitam perdidit, perditurus, nisi perdidisset. *Ex Suriô & Baron.*



S. HERMENEGILDVS. M.

Melius est contristare parentes, quam contri-
stare Dominum IESVM; Hic enim nos creavit &
saluauit; illi sæpe suos amando perdiderunt. Ne
te moueant tuorum lacrymæ, ne tu tibi ipsi æ-
ternas lacrimas parias. *S. Clim. Grad. 3.*

Dei dilectio super omnia.

Pro Rege & Regno Hispaniæ.

XIII. APRILIS.

Ostendit HERMENEGILDVS, quando tandem negare obedientiam parentibus, etiam caelo arridente, liceat. Cum enim patrem haberet Leouigildum VVifigothorum Regem & hæresi Arrianæ oppidò addictum, ipse sanioxem Fidem à Præfule Leandro didicit. Sed veritas etiam apud parentem odiù peperit. Hic enim cum laudibus debuisset, ferro filiù oneravit, & anno libertatis Christianæ DLXXXIV. in carcerem dedit. HERMENEGILDVS vt monstraret, quàm non pensi regnum haberet, humanis rebus omnibus se abdicauit, purpuram cum cilicio mutauit, tempus omne inter vota ac supplicia transegit, demum è carcere templum fecit. Subinde ipsa sacri Paschatis nocte captiuum à parente subornatus Pseudoepiscopus adit, & ad sacerimã scilicet mensam inuitat: sed HERMENEGILDVS fidenter negat se in potestate futurum, etiam in vinculis Catholicæ libertatis memor. Eapropter irâ succensus Leouigildus cum religione patrem etiam exiit, eiu' que imperio cadit filius securi caput dimibutus, pulcherrima Paschæ victima, sed non à parente danda. Cæterum Martyrem continuo è caelo voces laudârunt, & delapsæ indidem lampades exornârunt; Mox etiam pijs Manibus parens impius morte suâ parentauit, adductis post ad Catholicam Fidem omnibus VVifigothis. Ita Pietas quam decollasse in HERMENEGILDO impia hæresis putauit, toto regno caput extulit.

Ex S. Greg. M. l. 3. Diab.

MRA



S. THOMAS MART:

Quoties te sentis turpibus cogitationibus
pulsari, toties pone ante mentis oculos, quomo-
do Christus crucifixus est pro te. Redemptor
tuus moritur pro te, & tu nescis cuiusmodi
sordida cogitatione sordidaris in mente. *Hug.*

l. 3. de Anti: ...

Refrenatio scđarum cupiditatum,

Pro Coniugatis,

XIV. APRILIS

NATA est THOMAS Alexandriæ, à parentibus bene ac pudicè educata, & demum nuptui tradita, ut ante Virginibus, sic Matronis postea præluxit. Sed raro castitas inter multos habitat tuta. Ausus est socer, cuius in domo cum marito degebat, omnis iuris atque adeo pietatis in Filium oblitus, conjugalem inurru fidem tentare. Cohorruit illa ad tam infanda, & monitis preces, precibus lacrimas addidit. At ille, cui pudorem non potest, vitam extorquet, mediàmque, non audita crudelitate, secat. Enimvero non tulit vindex Numen, sed parricidium extemplo excoitate multavit. Interea adsunt, qui maritum castissimæ volunt conuentum; vident sanguini suo innotare pudicitiam; vident cæco vestigio muris oberrantem Susannam senem; quis tragediam hanc dederit rogant. Non ausus est diffiteri auctorem se esse amens Oedipus; sed cum atrocitatem criminis, quam videns non viderat, nunc cæcus vel sole clariorem aspiceret, non dubitavit ultro mortem orare, & capitis in se sententiam ipse pronuntiare. Et verò hunc facile iudices audiuerunt, cæcùmque duci scilicet iusserunt; THOMASIDIS verò tumulus ceu Martyris cultus à Cœnobitis Scetanis, Asylon deinceps fuit eorum, qui hostem Cupidinem fugerent. Nimirum iam ante cœcutiens Puer oculis suis timet. Ex

Menaï.



Corporea omnia, & quidquid fluxum est & caducum aspernans, totum te caelesti patri ad-
 dicas, nec praesenti tempori, sed futuro aetate vi-
 uas, mortisque meditationem, ut Plato ait, hanc
 vitam existimes. *S. Greg. Naz. ad Philagr.*

Patentia in morbis,

Pro aegrotis Sodalibus.

XIV. APRILIS.

LYDVVINA formam obesse castitati videns,
 dignum Virgine rata est votum, deformi-
 tatem à cælo petere. Audiit hoc & omnis
 morborum examina misit: ijs ita omnis gratia
 defluxit, vt nemini iam placeret eademer domum
 educere. Sed sic illa demum formosa CHRISTO
 visa est. Hic ex amantibus solus iam ægræ cum
 MATRE assidere; solus Amoris sui & patientiæ
 symbola per Angelos lectulum ambietes osten-
 dere: quorum certè vna recordatione LYD-
 VVINA cruciatus suprâ quàm dici aut credi po-
 test, graues, facilè tamen omnes redimebat. Ge-
 nium Tutelarem ducem ad ea loca, quæ CHRIS-
 TVS olim præsentia suâ nobilitauit, ad purgan-
 tes item flamas & beatas sedes habuit. Ab eodè
 donum è primi parentis horto lignum tulit odo-
 re nobile: vt inde vna iam vel Virginitas vel pa-
 tientia sperare quid posse videatur. In subsidium
 pauperum ipsa pauperissima peculium ta-
 men corrogabat & IESV *enimvero* dicitabat;
 cui profectò omnes, cum audient, auari inuide-
 bunt, quippe quæ exhauriri nunquam potuit.
 Homini facinoroso suauit, plumis in vnum la-
 tus noctem incumberet. Risit ille, sed cum hoc
 in plumis non posset, ne in flammis olim posse
 cogeretur, fleuit deinceps. At LYDVVINA anno
 CHRISTI MCCCCXXX. ægritudinis assidua ac
 multiplicis XXXIIX. cum id dolorum incre-
 mentum impetrasset, vt ignibus nihil superesse
 piandum, mortua tandem est, vel, vt rectius lo-
 quar, tandem desijt mori. Ex Io. Brugmanno



S. FRONTO ABBAS.

Aurare fac tibi sacculos, & fac subente Deo; sed fac erogando; quia qui aliquid pauper acceperit, Pater cælestis suscipit: & ubi recondit? In cælo & ne forte perdidisse te doleas vel usuram, centuplum percipies, quidquid in cælum pauperis præmiseris perferente. *S. Chrysol. s. 25.*

Liberalitas.

Pro Religiosis Mendicantibus.

XIV. APRILIS.

Ridiculi homines, morturi ne moriamur fame, extimescimus. Comēatum in annos comportamus, diem victuri: horrea struimus sepulchrum subituri, formicæ dicā an homines? Nimirum qui vitam dedit, victū vitæ extra vr̄bis fora non poterit dare? Quasi verò si ille velit, etiā inter medias epulas non Midæ, inter aquas non Tantalī simus? contra, vbi ille velit, non aëre seges exurgat, in fonte vinea? Certe rupem aquā dedisse memini, cūmq; terra negaret, panes cælo pluissē etiā in deserto. Ite Reges, castra culinārum struite, aciē Coquorum ducite famem oppugnaturi. Vincam ego vestrā superbiam. aut nemo aut cælū mihi opsonabit. Hæc aut similia his cum animo suo FRONTO; hæc ad pulcherrimi propositi socios LXX. quos omnes secum ex vr̄be in loca deserta ab hominibus sed non DEO etiam eduxit. Nēc fefellit ingens animus, & spes tam generosa. Prouidit Numen & alienā auaritiā paupertati iussit FRONTONIS seruire. Ergo Angelus ad dormientē nescio quē diuitem: tu equidem in rerum omniū affluentia iam copiā etiam fastidis, at Christus interim in seruis suis cum inopia & adeo fame cōstictatur. Nō audiit hæc Euclio, sed iterū in vtramq; aurē dormiuit. Ergo aures aliter vellicauit, plagasq; vt somno crederet, addidit. Tū demū quid sibi cælum vellet penitus visus intelligere, & cibarijs LXX. mulos onustos, cū nesciret vbi FRONTO ageret, sine ductore in incertū dimisit. At illi re-
ctā inde ad FRONTONEM, inde exonerati ad diuitem iterū, qui miraculo motus anniuersariam deinde eam liberalitatē esse voluit. *Ex Vit. PP.*

FINIS UNIVERSE CARNIS VITAE.



S. EUTYCHIVS. MART.

Petendum nobis est, ut Deus nos à Diabolo liberet, qui Christum terris, ut Diabolum vinceret, commodavit. Clamet homo, clamet ad Deum, clamet, *Libera nos à malo*; ut à tanto malo, solo Christo vincente, liberemur. *S. Pet. Chrys. f. 70.*

Aversio iræ diuinæ.

Pro hostibus S. R. Imperij.

XV. APRILIS.

Hoc die Ferentinates EUTYCHIVM Martyrem colunt, et si ubi, aut quando animam potuerit, nesciant Annales. Sed hæc Fasti olim cælestes loquuntur; nam istis sua commendare, hoc demum ego æternum famæ monumentum credo. Et nos quidem etiã olim facta nescimus, at EUTYCHIVS etiam post mortem vates futura sciuit, & ut scirent alij, è tumulo monuit. Etenim Redemptus Pont. forte templa sua obibat, sacra & sacrorum Curatores non (quod hodie fit) alienis, sed suis oculis inspecturus. Ventum est Ferentinum. Hic festus lectulum sibi adornari propter tumulum Martyris imperat, rectè humana estimans, tantumque censens à sepulchro lectum distare, quãtum mors & mortis germanus Frater somnus distant. Tunc quoque intelcuras insomnem ferè noctem agenti EUTYCHIVS visus adstare, & quærere num vigilaret? Affirmanti deinde illa verba tertium inclamare: *finis venit universa carnis.* simul vaticinium ipse quoque finire. Atque hæc noctis prodigia diei portenta exceperunt. Visa & audita cælo arma quassari, & vento Aquilone duce castra ignea & ignea acies imminere. Hęc verò omnia explicarunt nõ multò post Langobardi, cum è septentrione Italiam se infuderunt, sacra humanis, humana sacris miscuerunt clademque patriæ intulerunt. Inter hos ipsos tamen armorum strepitus suaviter Redemptus obdormiuit. Obdormiuit inquam, nam parum differre mortem à somno ostendit vivus cum mortuis dormiens.

Ex Ferrar. & Greg. M. Dial.

Nasci . . . Pati . . . Mori .

MRA



S. IOACHIMVS . . . CONF.

Quid infirmius homine, quem sensus fallit,
ignorantia decipit, circumuenit iudicium,
pompa lædit, tempus deserit, mutat ætas, hebe-
tat infantia, iuuentus præcipitat, senectus fran-
git? S. Pet. Chrys. f. 45.

Visitatio infirmorum.

Pro ægrotis Sodalibus.

XVI. APRILIS.

Felices Senæ! vel ideo, quòd inter tot mundi
 hodie liberos, ipsæ *seruos* tot VIRGINIS nu-
 merant. Ex his IOACHIMO Nostro pileum
 hodie in cælo *Domina* dedit. Vir fuit obliquen-
 di studio, sul contemptu, sed præcipue charita-
 tis æstu in ægros mirandus. Exemplo fidè habe-
 in paucis memorando. Iter illi Arretium; ex iti-
 nere obuius fuit, qui epilepsi; sed multò magis
 impatientiâ laborabat. Noster verbis, consilio,
 operâ suâ solatur, sed nequicquam grauius iam
 animo quàm corpore periclitante. Hic IOACHI-
 MUS post preces DEO, susas in se nouus medicus
 morbum omnem transfert. Igitur Arretij ipso
 DOMINAE ASSUMPTAE die, dâ sacrificanti seruit
 seruiturque clata in sublimè Eucharistia manu
 præluet, cadit morbo impellente; seruus tamen
 statio eâ in medio aère seruat, gaudente vtrique
 Angelo in hominis officium inobscure. Sub hæc
 Senæis vi mororiterû cadit, mentâque secum
 in fructâ trahit. Nihil tamen fractum, nihil cõ-
 fultum. Sed & alia predigia clarum fecerunt, vt
 aperta *ad cœcis* porta, redij precantis in oedeo
 (quo sepius allueuit concedere) caput visi cin-
 gere: Cæterum morbo omni superior illud etiâ
 velut vitæ rectè actæ præmium à cælo emendi-
 cavit. vt viuentis carnes vermium agmen popu-
 laretur. Fatum obiit, quale experijt ac præni-
 dit, ipso Christi orientis die, cum illa verba so-
 cij legerent: & *inclinato capite emisit spiritum*.
 Sed apud mortuorum quoque medicinam mor-
 bidi quaesierunt, & verò reppererunt, Epileptici
 præcipue, non ignari expertum mali huius Me-
 dicinam se accedere. *Ex Ferrac.*



HELENVS CONF.

Si vis animam tuam in sua Virginitatis integritate persistere, aures & oculos à negotiorum secularium vanitate firmiter obstrue, carnalium hominum colloquia destructioni magis quàm ædificationi profutura contemne, nam qui tangit picem, inquinabitur ab ea. S. P. Da, Op. XII.

Custodia sensuum.

Pro extirpatione vanitatum secularium.

XVII. APRILIS.

FVgiendum est cito, quod necet citò: Sa-
puit illo maturè HELENVS consilio, & è
Mundo prius quàm pueritia exijt, tutius
inter feras, quàm homines victurus. Ieiunia
producenti Cacodæmon escas obtrufit; sed He-
lenus & cocum & Dapiferum aspernatus cum
Cælo quàm Orco prandere maluit; mox enim
Angeli, vt Christo quondam dapes esurienti
ministrarunt. Tanto deinde promptius ipse
quoque per longa itinerum spatia alijs prandia
ferre, & si oneri succubuiſſet. Onagris ea impo-
nere, nil repugnantibus pigerrimis alioquin
animantium. Neque iam ſolùm onera illius
Aſini, ſed ipſum etiam Helenum, cum Myſtam
inſuſcipiendi cauſâ accerſeret, per arenam Croco-
dilus tranſuexit; adeo Sanctitati obtemperant
omnia. Diſcipulo eius cum Orco miſiſter libi-
diniſ faces admoueret, incendiarium Helenus
ad tantas redegit anguſtias, vt extra circulum,
quem in arenâ ſeipſione deſcripſerat, ne latum
quidem vnguem aut vngulam ponere ſit au-
ſus, donec turpe incendium extingueret. Illud
etiam memorabile, quòd illæſus ignem calcâ-
rit, vt Zaream Hæreticum falſitatis argueret,
qui perfidiam ſuam per flammâs probare non
auſus Catholicæ Religionis, vt veri auri, pretiũ
auxit. His facinoribus Helenus Heliopolita-
nam primùm mittam, deinde æternita-
tis coronam meruit. Ex

vitis PP.



S. VRSMARVS C.

Multi simplices & humiles cælos penetrant.
Nullus verò arrogans, quamuis omnium libera-
tium polleat scientia, ad cæleste admittetur cõ-
uiuium, tantòque grauioribus cruciabitur pœ-
nis, quantò nequius donum Dei tractauerit.

S. Laur. Inst. de Casto Connub c. 14.

Sancta simplicitas.

Pro illiteratis.

XIIX. APRILIS.

Quo tempore mater grauem VRSMAR^o ferebat vterum, veneradã forte canitie senex per visum aslittit, puerulũque, manu gestatum eius curã commendauit. Excusanti annonã difficultatem panem candidũ porrexit, nouo mox inter manus auctu grandescentem; prodigiũque rationem ad nasciturã prolis doctrinam retulit, cum annis ad multorum mortalium emolumenta amplificandam. Simul monstrauit enitentem in sublimẽ filiolũ per scalam cœlo insertam. Præfagiõ fideni adstruxit vita cœlitibus quã hominibus propior: nam Episcopus tempore succedente creatus, nouem annis à pane humano temperauit, reliqui cibi tam modicus, vt validæ membrorum vocisque vires haud immeritõ miraculi instar obtinerent. Dæmones frequenter iniustã corporum humanorum possessione deiecit: metũ lemurũ infestas ædes aquã lustrali soluit: morbos curationum fines egreslos diuina sanatione depulit. Porro charitas seruandorumque mortalium studium in eminentissimũ virtutis fastigium assurrexit, cum esset quotidie cuiusuis hominis salutem sanguine vitãque recuperare paratus. Rerum aduersarum patientia in lobi comparationem euexit. Obijt Anno Christi DCC. XIII. de czlo obtinendo sollicitus imprimis, vt qui iam scalas admo-

uerat, antequam nasceretur. *Ex
Rather: Veronense.*



S. THEODORVS. M. R.

Non est patiendum, vt assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur ; agendumque assidue, vt ex perpetua recordatione impressam cordibus nostris piam de Deo cogitationem, velut indelebile signum circumferamus, *S. Bas. in Reg. fus. disput.*

Memoria beneficiorum Dei.

Pro Gentilibus.

XIX. APRILIS.

THEODORVS cū sacramentum, quod CHRISTO dederat, Marti negasset, post fustuarium craticulæ iniectus, pice ac sulphure perfunditur. Sed cū crudelitate hæc Tellus commota, è sinu aquas, quæ rogam extinguerent, effudisset, Theodorus incolumis ad Marti deuotos prouocauit: iret ex omnibus vnus aliquis in rogam, Deūque suum etiam ipse probaret. Illi causæ diffisū rem ad sacrificulos reiecerunt. Ex his etiam DIOSCORVS adductus palàm Iouis patrociniū respuit, suasicque ipse è flammis causam Iupiter dicere iuberetur, se diem ei dicturum, se ex fano obtorto collo ad Iudices ignes rapturum, cæloque, pulcherrimo, quod vnquam fecisset, sacrificio ipsū Iouem immolaturum: probaret ille fulmine se Deum, pictōsq; suos ignes, & vnā hōs in caput sacrificantis, si posset, congereret. Indoluit Iouē ludos fieri Proconsul, & DIOSCORVM iam Christianum flammis, THEODORVM verò quadrigis raptandū dedit. Hic verò abeuntibus in præcipitium equis, alio è cælo curru triumphans in Prætorium venit. In succensam exinde cum militibus, quibus hæc miracula Fidem fecerant, fornacem coniectus, altero mane loqui reperitur PHILIPPÆ Matri, quæ triennio ante captiua abducta, ad preces filij per Angelum tum erat reducta. Aduolat igitur Tyrannus, milites hasta transfigit, Matrem capite multat, THEODORVM ipsum in crucē agit. Sed ille post tot victorias non petiisset aliud trophæum, *Ex Menais.*



Ad cælum respice, breuissimæ huius vitæ terminum tibi ante oculos pone, & cum quo de villicatione tua rationem ponere debeas, sollicitus meditare. Quid enim proderit hodie auro & gemmis contegi, si cras contingat nudû & reum ad inferni supplicia pertrahi, S. P. Damian. l. 7. Ep. 15.

Examinatio Conscientiæ,
Pro conuersione Iudæorum,

XIX. APRILIS.

VVERNHERVS rustica, ex Treu-
rensi agro, progenies, egenis com-
parcebat paratum diurno labore
obsonium: vitrici asperitatem, ipse tam miti
ingenio, fugere coactus, in Opiliones haud
paullo mansuetiores incidit; nam & mapalibus
fugientem, & esurientem canula exceperunt,
quibus ne oneri foret hospes a symbolus, defixo
humi bacillo, nouum e terra fontem salire ius-
sit: à Pastoribus digressus in Feras incidit; an-
num enim agentem XIV. Iudæi adhuc Christi
in Christianis linguaem licentes capite pronò
columnæ alligarunt, S. Hostiam ab ore repeti-
turi: loris deinde ac ferro per omnia membra
crudelissimè grassati satis docuerunt quàm lon-
gè Apelle omnem Humanitatis sensum abie-
cerint: nam et si triduo inter tormenta exacto
omnium opem ac commiserationem exerce-
ret, ea tamen neque apud iudicem argento
corruptum reperit, inter acerbissimos crucia-
tus id unum habiturus solatus, quod pendens
demum ad exemplum Christi animam efflauit.
Cadaver eius in speluncam abiectum est, ne à
Iudæis, sed feris laniatum credi posset; iusta ni-
hilominus ei Cælum persoluit, multa face cir-
cum cadauer accensa, quæ VVernheri innocen-
tiam & Iudæorum crudelitatem detexit,

Ex Syria.

In puncto ad inferna descentunt. Job. 21

MRA



SS. SVLPITIVS ET SERVILIANVS MM

Debet bene consciã mentis esse lætitia nõ in
orditis comestationibus, non nuptialibus ex-
citata symphonijs; Ibi enim intuta verecundia,
illecebra suspecta est, vbi comes deliciarum ex-
rema est saltatio. Nemo enim, vt dixit quidam
secularium Doctor, saltat sobrius, nisi qui insa-
nit. S. Amb. l. 3. de Virg.

Modestia.

Pro auertendis Innocentiã corruptelis.

Rursum te ad nuptias inuitam⁹, sed (quem admodum semper factum est) Agnis, quin imò, si lubet ad choreas etiam, non quidē vt ducas, sed vt spectes, simulque illud etiam fatearis, verum dixisse, qui fere ebrios & insanos saltare dixit. Ecce S^{VLPITIO} Euphrosyna S^{SERVILIANO} Theodora despondetur, & Aureliano Consulis filio Domitilla promittitur. iā quatit Hymenæus faces, iam iocus, iam Amor ridet, mox lacrimas daturi. Nam interea Domitilla Euphrosynam & Theodoram familiares suas Christo conciliat, hæc verò eidem Sponfos etiam suos, adnitente iterū Domitilla, dum eius operā Christum videt cæcus, & mutus loquitur. At nimirum interea Solus Aurelianus cœcutit, Solus hic non sana loquitur. quin adeo tibicines iam Solus condecit, & pede frequenti terram pulsans in exitium suum iam pridem Orcum laborat euocare. Iamque duos omnino dies totidemque noctes assiduas saltando se exercuerat, cum quiescit tandem morte subitā prostratus. nec iam ille domum Domitillam, sed illum domum Proserpina ducit. Porro S^{SERVILIANVS} & S^{SVLPITIVS} firmati his miraculis non dubitant postea pro Deo & castitate ceruices præbere securi secandas, rectiùs capite, quàm Aurelianus pede saltaturi. *Ex gestis SS. Nerei & Achilles apud Str.*



Ut sancta anima Christi Characterē utrobique signetur, eum in corde suo signaculum ponat, ut amoris eius facibus medullicus inardescat; ponat etiam in brachio, ut pijs operibus valenter insistat. *S.P. Dam.l. 7.ep.9.*

Amor Crucis Christi,

Pro Monialibus,

Natale solum AGNETI mons Póntianus est. Quo die in lucem prodijt, multis vicinus æther facibus stellans illustris vitæ primordia celebrauit. Nono ætatis anno, quo virgines alix totæ pendent a matribus, D. Dominici institutum in sacro Parthenone cõplectitur. quindecim annis panẽ & aquã victitavit; sæpeque cælesti pluviã, qualis Hebræis per desertos Arabiæ campos mouentibus annona fuit, inter precandum est operta. Tres aliquando gemulas ei Deipara dono dederat, vaticinata, suo honori aliquot ab Agnete templa constituenda. Iesulum alias in sinu eius infuderat: cuius è collo crucem eam abstraxit, quæ in hæc usque tempora ad facti memoriã piorumque venerationem conseruatur. Sæpe ab Angelo diuinam hostiam accepit. B. ducem, quo valetudinis causã utebatur, cælesti Manna instratum, eoque loco fons medicæ salubritate prædiuus erupit. Et quemadmodum sæpe diuinos Genios viuens habebat hospites, ita moriens eisdem adeptâ comites in cælum euolauit, anno salutis M. CCC. XVII, mortem multi infantes è suis cunis quæ sermone, quæ cantu celebrant. Corpus putredine taboque intactum virtutum ac præcipuè castimonix luculentam præbuit testificationem. *Ex*
Bulla Canonizati.



Cum semel animæ adhaerit cupiditatibus
 demersa terrenis, difficile in altum potest, va-
 de descendit, sine Dei favore, euolare. Actuum
 enim suorum vineta laqueis, & secularium de-
 liciarum illecebris obnoxia tenetur. *Ambros. in*
Ca. 4. Luca.

Abruptio malarum consuetudinum.

Fit hærentibus in peccato.

XXI. APRILIS.

Facile Mundum despicit, quisquis æquis oculis aspicit. Testis luculentus ANSELMVS est. Vidit hic (nebulam ab oculis Deo remouente) quem nos mundum dicimus, immundam, quâ patet, paludem esse, cœni omnis ac sordium colluuiem: in hac volitari miseros homunculos; hinc delicias suas haurire delicatulos, hinc gemmas quærere auaros; hinc triumphare ambiciosos. Miratus ANSELMVS post tam sordidâ lacunâ pisces gaudere tam nobiles, oculum ad religiosorum septa transtulit, & ædes sibi videre visus est regio opere structas & omnibus delitijs affluentem. Has itaque ingressus, ex Monacho Cœnobiarcha, ex Cœnobiarcha Pontifex Cantuariæ mortuus memoratur, anno MCIX. vir qui è minimis quibusque rebus maxima dare documētâ sciuit. Nam, ut alia silentio prætermittam, cum lepuseculum sub equum suum fugientem à canibus vndique cingi conspexisset, eam morientis conditionem esse exclamauit ab atris Genijs obsessi. Iam puerum conspicatus cum auicula luscantem filo alligata, peccantis hominis typum esse dixit qui libertate sua spoliatus ad arbitrium Stygia aucupis viueret. Itaque qui iam nos circumspicimus, si ANSELMO credimus, mali dæmoniludus, lepuseculi, & auiculæ captiuæ sumus. Ne tamen stulti lepores fugimus, nec auiculæ firumpimus: quin quod omnem stultitiam exsuperat, cantitare etiam in tantis miserijs iuuat. *Ex Edinero.*



S. THEODORVS. C.

Quam suave commercium, imo quam in-
 enarrabilis dulcedo in humanis visceribus ori-
 tur, cum Creator & Creatura alternis in se in-
 vicem affectibus delectantur! sicut per prophe-
 tam dicitur, *suavis sit ei laudatio mea, ego vero
 delectabor in Domino.* S.P. Dam. l. 7. Ep. 19.
 Gaudium spirituale.

Pro Mundo deditis,

XXII. APRILIS.

THEODORVM sexennem mater ad omnem
 licentiam informabat, cum S. Georgius,
 ne filium Cæli Imperatori autoratum
 vitæ corruptelis effeminaret, præsens admo-
 nuit, puer deinceps in sanctitate magister. Eun-
 ti ad Aedem sacram dux adfuit viam præ-
 stigijs Orci præceptam & impeditam aperiens;
 matri quoque, si à pietate filium auocaret, sui-
 cto mucrone exitium minatus. Prope inte-
 ritum Theodorus erat, quando decantatus il-
 le Proteus assumpta contubernalis formâ in-
 cautum in præcipitiū impulit præfultor ipsius
 factus, eumque exemplo tracturus, nisi custo-
 dis cura prænaluisset. In templo Christum cum
 Virgine matre præsentem aspexit, à quo ad san-
 ctio-rem militiam inuitatus, illico stipendia fa-
 cere cœpit. Gigantem credidisses viam cælo illa-
 turum, si labores spectasses. Miraculis morbo-
 rumque medelâ clarus, quos alij absterit, sibi
 gratulatus est dolores, eos diuinæ in se volun-
 tatis argumenta discutans. Venentium piorum
 inuidia mistum Regine calorū hanc beneuolen-
 tiâ superauit, que piorum mensis securitatem
 affert, certioreā vtique quàm ij, qui periculo-
 sas Principum epulas gustu explorant. Huic
 Regine Cælitibusq; tam charum quid mirum
 est, si Reges nostri orbis suspexerunt, neq; passi-
 sunt Theodorum voto suo potiri, qui cum
 probra sitiret, vel inuitus honoribus
 mactatus est? *Ex Suriæ.*



Si inuenis aliquid melius, quàm videre fa-
ciem Dei, illuc te præpara: Væ tali amor tuo,
si vel suspicaris aliquid pulchrius quàm est ille,
in quo est omne pulchrum, quod te teneat, nec
illum cogitare merearis. *S. Aug. in psal. 43.*

Desiderium cælestis patriæ.

Pro Religiosis S. Francisci Familijæ

XXIII. APRILIS.

ÆGIDIUS tertius Affisatis Francisci affe-
 cla, ingenio sanctoque mentis candore
 ad insigne virtutis culmen peruenit. Virum, e
 S. Dominici familia, eximia doctrinâ, de per-
 petuâ Deiparæ virginitate dubium sibi que dif-
 ficile consentientem, tali prodigio contra an-
 cipitem cogitationem confirmavit. Ter scipio-
 ne terram impulit, dicto singulos istus profe-
 cutus, hoc ordine: *Maria Virgo ante partum:*
Maria Virgo in partu: *Maria Virgo post par-*
tum: & mox lilia totidem ad scipionis impul-
 sum Ægidiique vocem solo emerferunt. Ter-
 tio ante suam natalem die, Christus ei spectabi-
 lis adfuit, reditu per consequentes quindecim
 dies instaurato. Ex quo tempore tam concita-
 tis in cælum desiderijs rapiebatur, ut audito
 vel à pueris per plateas Paradisi nomine, rerum
 omnium sensu destitueretur. Septem in eo e-
 minebant virtutes, credendi constantia, pietas
 erga Deum, reuerentia, commiseratio, cura offi-
 cij, obedientia, grata beneficij memoria. Quin-
 quaginta duobus annis in sacra militia meruit
 Post mortem, magnum luentium agmen è lu-
 stralibus flammis in cælum euexit.

Obijt Perusij Anno M. CC.

LXXXIII. EX

SURTIO.



Deus ipse omnium rector ac Dominus cui
 omni Angelorum militia certamen tuum ex-
 pectat, tibi que contra Diabolum dimicanti pa-
 rat æternitatis coronam. *S. Amb. in Epist.*

Fortitudo in pugna spirituali.

Pro Sodalitate S. Georgij.

XXIV. APRILIS.

A NNO post natum Seruatorem X C. su-
 pra C C. GEORGIVS fortissimus CHRIS-
 TII miles & ob virtutem inter Tribunos
 adlectus, tum Comitum etiam titulo à Diocle-
 tiano ornatus, cum huius nihilominus efferam
 in Christianos tyrannidem propalam damna-
 set, in vincula & ipse tractus, saxum primò in-
 gens pectori iniectum supinus fortius, quàm
 cælum Hercules tulit; ad machinam deinde
 mucronibus omni ex parte armatam, vt ante
 ad gladios in acie, risit. Hinc calce tres dies se-
 pultus, cum illustrior surrexisset, ferreos & ab
 igne candentes calceos indutus, nempe ad O-
 lympicam coronam cucurrit. Casus iterum
 immaniter, ac alapis contusus, in ruborem lan-
 guoremq; ipsos carnifices dedit, & testem
 Fidei suæ mortuum è tumulo produxit. Tan-
 dem post tot egregiè pugnas pugnas coro-
 natum pridie in carcere ab ipsomet Imperato-
 re CHRISTO caput iterum coronandum, secu-
 ri subdidit; cum prius ad eius imperium cor-
 ruissent omnia Numinum simulachra, & ca-
 eodæmones se esse, non Deos, vltro edi-
 xissent, verissimo omnium, quod
 vnquam dederunt, oraculo.
 lo. Ex Metaph.



Fidelis & religiosus animus ea, quæ sunt cæ-
 lestia, concupiscat, & diuinarum promissionum
 avidus in amorem se incorruptibilis boni & in-
 tem veræ lucis attollat. *S. Leo Papa in Ann-
 Assump. sua S. 2.*

Amor cælestium Bonorum.

Pro dono Orationis in Sodalitate augendo.

XXIV. APRILIS.

A Ge Virgo anime. hæc tibi leges feruntur
 Lecto pudico cubato. Vestis ciliciū esto.
 Ut latrones domesticos effugias, pudore
 peregrè ad Diuūm templa circumfero. Nempe
 duras, ais, & verè æreas leges fixisti. Quid vis di-
 cam? Tu non potes quod isti & istæ? addo quod
 Virguncula BONA potuit, cui vix septenni has
 leges ipse summus Legislator Christus tulit, an-
 nuente & probante Virgine animo. quid? quòd
 vltro non lecto sed stramine inuoluit pudorem,
 si non tam molliter certè securiùs dormiturū
 quòd non semel sed decies ex Italia ad S. Iacobi
 sepulchrum in Galæciam abiit? quòd tres omni-
 bus septimanis dies non nisi pane & aqua tra-
 duxit, & reliquis, quibus opiparè vixit, legumi-
 nibus vixit, etiam tunc, cum ab Hierosolymita-
 no itinere & longa Saracenorum captiuitate
 redux continuâ febris laborauit? Superi! quis
 nostrūm ægro corpusculo facit tam ægrè? Ni-
 mirum Virgo facit, vt periclitanti pudicitæ me-
 dicinam faciat. Et arrisit his studijs Christus
 ipse, qui Ierosolymæ ad sepulchrum suum or-
 rantis BONAE capiti ter manum suam impo-
 suit & post quadragintadiæ ieiunium tradu-
 ctum in eadem eremo à Virgine, in qua ipse tra-
 duxerat olim, annulo sibi visendus desponsauit
 multisque alijs miraculis ornauit. Vltimò è vita
 BONA inter risum cantusque abiit. Quid mirari
 Lector? dum vixit, fleuit. Ex Ezze-

uio 13. tom. ann.

Eccl.



Sic est vita nostra, quasi homo in domo aliena, nesciens qua hora vel die dominus domus dicat, vade foras, quia non est domus tua, in qua es: O sæculum vanum! quid nobis tanta promittis, dum decipis? *Auctor serm. ad Fr: in Eremo.*

Contemptus seculi.

Pro desiderantibus longam vitam

XXV. APRILIS.

MARCVS vt primùm res Christi gestas litteris consignauit, à Petro Alexandria legatus est: cum ipso etiam angelium in urbem penetrauit. Cùm enim sub portâ Anianus cerdo detritas Apostoli scellas reficeret, subulâque in læuam exerrantem Deum, vt fit in aduersis, inclamaret, Marco vulneri remedium fecit, & Anianum magno operæ pretio ad Christi Religionem traduxit. Sed cùm ob quotidiana Fidei incrementa Marcus insidijs appeteretur, Anianum pro se urbem Episcopum dedit, ipse Pentapolim abiit. Indidem biennio post Alexandriam redijt, vbi a turbarum ipso Dominicæ Resurrectionis festo diuinitus captus raptatusque per urbem, Paschalis præsentis Christo factus est victima: Eâ nocte Angelus nomen suum Marco Albo Cæli inscriptum monstrauit, & Christus ipse magno præsentis solatio: postera luce cùm laqueo gula implicaretur, tam citò constringi non potuit, quin celerior anima ad superiores euolaret. cadaver ne tortores exurerent, coorta repente tempestas rogum omnem cum bustuarijs dissecit. Nunc de illius tumulo Italia Germaniaque certant, vt de Homerî cunis Græciæ vrbes, litant tanto sanctiore, quanto dignior est, qui Christi, quàm qui Achillis prælia scripsit.

Ex Breui. Rom. C.

S. Hier.

Leo rugiens circumit quarens quem deuoret.

MRA



S. BASILEVS . EP . MART

Habet acies Christiana potentes munitiones
& arma victorica; Deo scilicet instructe milites
suos, ut spiritu veritatis mansuetudo iram, lar-
gitas auaritiam, benignitas extinguat inuidiam.
S. Leo s. 7. de Ieiun. 10. Mens.

Pugna spiritualis.

Pro desiderantibus preces nostras.

XXVI. APRILIS.

SCelus heu! ingens, Iuventus, Tuis manibus
 tuam occidis, eheu! toties castitatem, cum
 olim viri sancti occidere pro aliena nō du-
 bitarint. Prodeat BASILEVS, & dum pro aliena
 pudicitia pugnat, pugnare pro nostra nos do-
 ceat. Erat Licinio Imperatori in Parthenone Vir-
 go, Virgini nomē Glaphyra, addētissima Chri-
 sto & castitati. Huic insidias tyrannus Cupido
 per alterū tyrannum Licinium moliebatur. Gla-
 phyra ab Amore docta fugere ipsa quoque alas
 assumit & ad Episcopū BASILEVM abit. Sed nihil
 latet cœcū licet Amorem. Proditur Virgo apud
 Imperatorem, & vna Virginis Custos Pontifex,
 & iubet vtrumq; vincū adduci Licinius. Com-
 modūm Glaphyra morte beatā vincula effugit,
 sed subit BASILEVS vas pretiosi pudoris, mox iu-
 betur aut fidē aut caput ponere. Nec multum
 ille apud animū suū deliberat, abijcit caput, vt
 fidē seruet. vtrumq; & caput & truncum cor-
 poris seorsim in mare proturbant carnifices. Sed
 quā aut corpus aut caput Martyris periret, si ne-
 que vnus ex hoc capillus est periturus! Angelus
 Elpidophoro viro Christiano in cœlis animum
 BASILEI, in vndis corpus monstrat. Ergo illi cum
 piscatoribus ita conuenit, vt quidquid demum
 prehensum id loci verriculo esset, suum esset.
 Mox BASILEVS extrahitur, non iam minutus
 capite sed planē integer. Vna tantum & illa
 rubra linea ornabat non inficiebat ceruicem,
 vt Glaphyra ē Seruatoris sui collo præmium,
 monile hoc videatur suspendisse. *Ex Suetio.*



S. SITA VIRGO.

Succincti lumbos mentis castam & sobriam
 vitam in Dei timore ducamus, nec concupiscen-
 tijs carnis mens principatus sui oblita consen-
 tiat: Breuia & caduca sunt terrenarum gaudia
 voluptatum, quæ ad æternitatem vocatos à se-
 mitis vitæ conantur auertere *S. Leo s. 2. de Ann.*
Aff. s. 16.

Constantia in bene cœptis.
 Pro Tironibus Religioſis

XXVII. APRILIS.

Prope Lucam in Hetruria nata SITA femi-
 ritatem Fatinellorum familiae, inò verum
 egenis seruit. Nā his ferè suum victū ces-
 sit, & quod vnum in serua supererat opis, pro
 mendicis quotidie apud dominos mendicauit,
 præclarā mercaturam dictitans (& mercatores
 erant) ingens cælū tantillo emere. Et verò libera-
 ti dextræ, cum nihil aliunde suppeteret, Numen
 suggessit. Ita sitienti rogatori cum aquā se por-
 rexille crederet, vinum propinauit. Alteri cum
 fabas vendendas gratis dedisset, nihil tamē Do-
 minus superueniens abesse comperit, mensuram
 cælo, vt promiserat, remetiente. Vestem quoque
 pellibus subductam & comodatam ab hero, nu-
 do ipsa comodauit. Nec fefellit. Retulit hic cum
 irasceretur Herus SITAE, & ex oculis disparens
 docuit, nulli securius rem credi, quam cælo. Aliàs
 deprehensa panis reliquias miseris ferre, quò o-
 culos dominorū falleret, tantisper in flores ver-
 tit, gratissimos deinde esuriētibus odores. Suum
 verò, hoc est, virginittatis florem, quem à teneris
 intactum in tumultū etiam saluū intulit, preci-
 bus & ieiunijs fouit, lacrimis rigauit, nec lecto,
 sed quæ floribus amica est, terrā deposuit, nec
 dubitauit quandoq; procacē seruuli petulantia
 vnguibus notare, itaque vel inuitum verecun-
 dum facere. Nudis pedibus ad sacra loca eun-
 tem multa miracula comitata. Quid? quod do-
 mum redeunti sub noctē comes è cælo delapsa
 MARIA iuit & pontis vrbsq; portas reclusit. An
 dubitabimus ergo *Cæli Ianuam* viuenti SITAE
 tam propitiam morienti patuisse? *Ex Bzouio*
 13. 10. *Anni Eccl.*

MRA



SS. THEODORA ET DIDYMVS. MM.

Virginitas fastigium est omniumq; consummatio Virtutum: ad quam si quis eniti potuerit, hunc seruum Dominus, hunc discipulum Magister agnoscet, hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo, quia virtutem Dei cepit.
Lactant. l. 6. de vero cult.

Fuga occasionum peccandi.

Pro insidiantibus alienæ Innocentiæ.

41

Q 3

XXIIX. APRILIS.

FAbulam damus, dum viuimus, alius autem pulchriorem: pulcherrimam DIDYMVS & THEODORA dederunt. Hæc dum paruulum Tyrannum Amorem fugit, in maiorem alterum Maximinum Imp. incidit. Iubetur aut Fidem, aut Virginem ponere. Quid ageret? Martyr moreretur, non Virgo? Virgo viueret, non Martyr? placuit Virgini Martyrem sociare. Abripitur in cellam infamem: sed primus DIDYMVS irruit in militis persona vultum amantis præferens: instruitur elegantissima scena: mutantur vestes: sub milite euadit Virgo: sub Virgine miles deprehenditur. Sed nunquã magis illa Virgo, quã cum sic miles, nunquam magis iste vir, quã cum sic fœmina fuit. Dum enim hic ad supplicium ducitur, adest illa, & litem ecce de morte mouet. Vadem ait se pudoris, non mortis legisse; hanc vel fugã meruisse; esse certè in virgine ferro locum, si iniuriæ non fuerit; sed nec animos deesse, quos cum armis sumisset; demum si THEODORA addicta sit morti, THEODORAM se esse; si DIDYMVS, etiam hunc induisse. Contrã querebatur ille, ingratham benefactori præmium inuidere; arma se exuisse non militem, stolam induisse, non fœminam; turpe fore viro tergum vertere, si sic mulier pugnaret; illi plus lactis, sibi plus sanguinis naturam dedisse; se denique (siue DIDYMVS iam esset, siue THEODORA) se ad mortem damnatum clamabat. Quid multis? duo pugnarunt, & cernentibus causam licitoribus, ambo vicerunt. Ex D.

Apr. l. 2. de Virg.



Si sapias, in viâ, quâ nunquam ambulasti, non ipse tibi doctor aut ductor eris, sed aurem Magistris inclinabis & increpationibus eorum acquiesces & consilijs; & operam scientiæ & lectioni dabis, ne serò pœnitens dicas, *cur detestatus sum disciplinam?* *Guerr. s. 3. de Advent.*

Confidentia erga Patrem spiritualem.

Pro sapientibus huius seculi.

XXVIII. APRILIS.

PAPHNVTVS Eremita detectis à tutelari genio gentilium insidijs, facto diuino sacrificio, vltro in ius atque iudicis conspectum ambulauit. Quem sanguinarius canis tam foedâ verberum lanienâ conserpsit, vt patefactis lateribus exta in terrâ effunderentur, quæ sacer custos suis denuò receptaculis abdidit, vulnèrumque hiatus obsepsit. Cùm in vinculis mirâ luce micaret, XL. senatores veritatis claritate præstrikti vnū ac verum Numen sunt professi, eamque ob causam flammis absumpti. Non multò post sedecim pueros senatorū filios ad tribunal adduxit, hæsitq; alienato à sensibus in Deū animo: pueri in proposito constantes extincti. Piscatores octo supra quadraginta sic amore Christianorum sacrorum accendit, vt vnâ ad supplicium contenderint, iugulumque ferro subiecerint. PAPHNVTVS quadrifariâ distractus, membrâq; in templi tectum iactata hominibus ludibrium, pabulumque foedis auibus futura. At disiectas corporis partes Angelus conflauit, Christusque vitalem spiritum restituit. cuius prodigij magnitudine multi ad Ecclesiam adiuncti fidem sanguine consignarunt. Ad extremam, molâ ad collum deligatâ, in vndas præcipitatur PAPHNVTVS. Sed pondere lapidis diuinâ manu sustentato, cùm mergi volens non posset, in crucem actus eximiorum certaminum in ea arbore, quæ fortes omnes coronat, palmam tulit. *Ex Metaphr.*

MRA



Nullæ sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri,
nulli honores, nulla mundi huius maior sub-
stantia,quàm est fides Catholica, quæ peccato-
res homines saluat, cæcos illuminat, infirmos
curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat,
pœnitentes reparat, iustos augmentat, Martyres
coronat. *S. Aug. s. 1. de Verb. Apost.*

Gratiarum actio pro Fide & Baptismo.

- Pro deficientibus à Fide.

XXIX. APRILIS.

PETRVS Veronæ parentibus hæreticis ortu
 septimo ætatis anno duodena credenda
 capita in scholis perdidicerat, itaq; fixa ani-
 mo retinebat, vt nullis vnquam imperijs ad eo-
 rum veritatem improbandam compelli posset.
 Institutionem deinceps D. Dominici per vitam
 sectatus, speciosum Prædicatoris nomen rebus
 æquavit: quippe tanto populi studio frequentia-
 que concionabatur, vt ægrè per cõferentiam nul-
 titudinem sellâ gestatus euaderet in fugam.
 Dicta factis & prodigijs affirmavit, validissimâ
 persuadendi ratione: Valuit præcipuè aduersus
 deuios ab Ecclesiæ fide, vim contrariam pater-
 næ perfidiæ sortitus. Fuit, cum à Deipara, quod
 olim à Seruatore cognominis Apostol^o audiuit:
Ego pro te rogam Petre, vt non deficiat fides tua.
 Quo patrocinio constantiam tenuit vsque ad
 sanguinis vitæque iacturam: etenim lethalibus
 aliquot illatis ab hæretico vulneribus, reperens
 Catholicæ veritatis à magistro instillatæ con-
 fessionem, vnâ mortem plurimis de sacrilegâ
 sectâ palmis repensavit, ad annum Christi
 M C C L II. Subinde conspectus est in cælo, Ma-
 riæ, cuius ope illuc euectus erat, lateri adiu-
 ctus: quodq; viuenti iam concesserat Deus, post
 fata insigni miraculorum fama illuxit. Tan-
 tum interest à teneris cum recto verum com-
 bibisse, quibus semel imbuta mens, vt vasa
 recentia, odorem primum sor-
 uabit. *Ex Syria.*

Tu es fortitudo mea

MRA



S. HUGO ABBAS

Si de omni vel otioso verbo, quodcunque locuti fuerint homines, Deo sunt reddituri rationem in die iudicij, quanto districtius de verbo mendaci, mordaci, iniurioso, de elato vel lasciuo, de adulatorio vel detractorio iudicabuntur?

S. Bern.: l. de tripl. Cust.

Custodia linguarum.

Pro loquacibus.

XXIX. APRILIS.

HVGONEM Ecclesiæ Burgundia, principe natum familia, protulit. Hic, aduersus parentibus, eò perfugit, vbi splendorem à maioribus tractum humilis familiæ consortio celaret. Capiti diuinus spiritus, columbæ specie conspicuus imminere visus: vnde vim admiranda perpetranda singularem hausisse persuasum, nam & in secreto humanorum pectorum mentis obtutum figebat, & morbis cuiuscunq; generis medicinam de cælo parabat. Habebat Sanctius in vinculis Alphonsum fratrem Hispaniæ regem; cuius libertatem cum Hugo supplex à fratre postulasset, D. Petrus cœnobitiæ cuiuspiam indicauit, Hugonis apud Deum preces momentum habuisse, Sanctioq; deinde conspicuus Alphonsi dimittendi mandatum dedit. Episcopo linguæ ad petulantiam sermonis expeditæ vaticinatus est, post mortem tumente ac obfuso pustulis ore Manes eius leuitatis cōfessionem edituros, Spectro deinde effatum probante, indicto in dies septenos monachis silentio, constitutâ ex contrario medicinâ, flammis purgantibus reum exemit. Sub exitum Deipara cum D. Petro HVGONI adfuit. Eodémque tempore Fulgentius Abbas duos Angelos vidit in astra geminum lectulum molientes, quorum alterum Hugoni, alterum Anselmo Cantuariensi Pontifici dicerent stratum. Et nunc ambo quam moliter cubant: ridéntque nos, qui, vt S. Augustinus loquitur, volutari malumus in carne & sanguine. *Ex Hug. Clun.*



Difficile imo impossibile est, ut & presenti-
 bus quis & futuris fruatur bonis; ut & hic ven-
 tatem & ibi mentem impleat; ut de delicijs tran-
 secat ad delicias; ut in utroque seculo primus sit;
 ut & in cælo & in terra appareat gloriosus. S.
Hier. Epist. 14.

Mundanarum Voluptatum abdicatio.

Pro Virginibus Deo dicatis.

XXIX. APRILIS.

CATHARINA vt primum fari potuit, scalat
 perreptans ad singulos gradus Angeli ver-
 bis MARIAM salutauit, Quid iam mirum,
 si his gradibus ipsum sanctitatis culmen con-
 scendit? Anno ætatis septimo, CHRISTO, quem
 supra D. Dominici ædem conspicuum habuit,
 se sponsam; ille, conciliante Matre alijsque Cæli-
 tibus, Sponsam se obtulit Catharinæ. Itaque sæ-
 piuscule iam ad eam inuisere, non raro persona-
 tus mendicus amorem probare, & stipem dein-
 de datam è cælo multis laudare. Addixerat se
 fœminæ fœdo carcinomate laboranti, nec iam
 stipendiū aliud præter calumnias ferebat. Sub-
 tristi eam ob causam non nihil ecce CHRISTVS
 adest geminam manu coronam prætendens,
 hanc auro, illam spinis rigentem, iubetq; optio-
 rem facere. Illa non nescia quâ Sponsus corollâ
 ornatus esset, spinas inuadit, iamque melius ani-
 mata impensius pergit seruitutem ingrata ser-
 uire; quin, vt Sponso se probaret, ex ipso ulcere
 pus exugit. Meruit hæc sitis alterum haustum,
 quæ ex latere suo Dilectæ CHRISTVS propinavit.
 Illa ab hac ambrosia iam ebria porro ausa est
 petere, cor amans sibi haberet. Superi, quis fi-
 dem daret! nisi amori hominum tam obnoxios
 vos sciremus? Aufert CATHARINAE COR CHRIS-
 TVS & suum reponit. Tunc profectò expleto
 amantium voto, CHRISTVM CATHARINA COR
 suum: suum CHRISTVS CATHARINAM VOCARE
 potuit. *Ex Str.*



Christus per Mysterium suum tibi videatur
 in ore; & Christus per sui amoris incendium ti-
 bi vivat semper in corde, vt congruat etiam ti-
 bi, quod sponsa dicit in Canticis. *fasciculus Myr-
 rinae dilectus meus mihi.* S. P. Dam. l. 7. Ep. 19.

Affidua Amoris Diuini recordatio,

Pro infantibus,

XXIX. APRILIS.

ROBERTVS gente Campanus natalium de-
 cus virtute ad immortalem memoriam
 illustravit. Nondum erat editus in lucem,
 eum Ermgardis matri per quietem obiecta Dei-
 para anulum obtulit, eoq; sibi clausum vtero
 infantem despondit. Quem natum sic Ermgar-
 dis eduxit, vt sacro pactæ virginis connubio di-
 gnus redderetur. In Cellensi Asceterio Mona-
 chum indutus diuersis cum supremâ potestate
 cœnobijs præfedit, religiosæ potius disciplinæ,
 quàm cumulandis opibus intentus. Accidit, vt
 ad portas duo sacris initiati, sed egentes, ab RO-
 BERTO stipem præstolarentur. Negabat penoris
 præfectus vel vnum panem reliquum esse. Ad
 prandium signo excitis domesticis, Abbas con-
 spectis in mensâ panibus, vnde illati essent, ro-
 gavit. Oeconomo respondente, se Fratrum nu-
 mero æquatos panes reservasse, omnes tolli ius-
 sit, ad fiduciam & obedientiam anxias suorum
 cogitationes reuocaturus. Ex humanis abiit
 octogenario maior, die iam prospecto atque in-
 dicato. Curam suorum ne à morte quidem po-
 suit, increpare somnolentos solitus excitatæque
 ad diuinas laudes, mirâ beneuolentiâ, quâ ta-
 men erga nos Angeli quotidie vtuntur, exiguo
 operæ pretio. Quid vis? Deus ipse ad Ostium
 stat & pullat; neque tamen exper-
 gisceris. *Ex Lipeloo.*



Dies noster vltimus certissimū est, nobis quōd
 veniat; incertissimum est, quando, vel vbi, vel
 vnde nobis adueniat: nisi quod senibus est in
 ianuis, qui iuuenibus est in insidijs. *Guy. f. 30*
de Aduentu.

Maturatio boni propositi.

Pro vacillantibus in bono.

XXX. APRILIS.

ANnus ducentessimus sexagesimus secundus par nobile Martyrum habuit: **MARIANVS** alter, alter **IACOBVS** fuit. Et illum quidem pollice suspensum pondera talis annexatissimis nervis ad ima retrahébant; sed ad carceres reducti animus in Cælum abiit æterni conuiuij promulside recreandus, quam in pulcherrimum induc̄to Triclinium, S. Cyprianus propinauit, haud grauatè pro vna illius guttula omnem sanguinem daturò. **IACOBVM** interea proprio Martyrum baltheo Angelus cinxit: Ita hic robur suum induit, alter bibit. Nec multò post nouus Cælo nuntius mittitur de venustioribus ephebis, qui seruo vice torquis indutus, & palmam ventilans (nam & ipse nuper vnà cum Matre & gemello trucidatus fuerat) **MARIANVM** & **IACOBVM** ad Martyrum condicere conuiuium iubet. Nec illi tam lauras epulas aspernari, aut morari diutius ausi, posterâ die dedeunt symbolum ambo capite plexi. Nihilominus equites toto diffusi cælo malum minari carnificibus visi, qui tam candida innocentia lilia demessuissent;

Ex S. Hieron.



Imitare minutissimas aues, mane & vespere
 Creatori gratias referendo : Et si es deuotior,
 imitare Lusciniam, cui quoniam ad dicendum
 laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia
 peruigili cantilena decurrit. *S. Max. S. de Carni
 host. non timend.*

Frequens Dei Laudatio.

Pro cultu diuino augendo.

XXX. APRILIS.

ETIAM FRANCISCVM viderunt Senæ liber-
tatem Mundi repudiare & seruis VIRGI-
NIS accedere. Quanquam non tunc pri-
mum transijt in seruitutem VIRGINIS; natus in
hanc est. Siquidem Mater FRANCISCO plena li-
lium sibi parere est visa, ex quo alia atque alia
pullularent, quibus MATREM VIRGINEM coro-
naret. Videbatur deinde nescio quis Pontificiâ
maiestate insignis scepro veteri tangere, spon-
deréque, lilij, quod ferret, candori nihil obfutu-
ras mundi spinas. FRANCISCVS denique Iustico
fonti admorus plus quâ pueriliter exultare est
visus, oculosq; suos in iam tunc suam ocellam,
MARIAE iconem defigere. Iam pueritiam in-
gressus quotidie quingentis *Ave* DOMINAE
suae dixit, orationi extra tempora Musis dicata
tam deditus, vt non in domo paterna, sed tem-
plis habitaret. A fellum (ita quam nos ad instar
catelli Melitensis habem⁹, carnem appellit abat)
saxo & flagris exercebat. Pro concione omnium
animos incendebat, vt fidem habeam Virgini-
bus, quæ volantem supra dicentis capus igneum
globum se vidisse affirmarunt. Aduersus Obtre-
tatores opem flagitanti PATRONA VIRGO au-
ditum abstulit, vt surdis auribus præteriret ca-
lumniantes. Sub mortem ante dicentis vultum
Angeli librum explicarunt. Librum Vitæ credi-
dero fuisse, & in illo FRANCISCVM nomen suum
legisse; tam hilaris post obiit, & quidē die, quo
Christo cælum paruit. Ex demortui ore lilium
aiunt natum esse, scilicet vt vobis Sodales pie-
tatis in VIRGINEM semen esset. *Ex Bzoniæ, 10. 13*
Ann. Eccl.

- | | | | |
|----|---|-----------------------------------------|--------|
| 1 | { | SS. Philippus & Iacobus Apostoli. | |
| | | S. Sigismundus Rex. | |
| 2 | { | S. Athanasius Episc. | |
| | | S. Antoninus Episcop. | |
| 3 | | Inuentio S ^r Crucis. | |
| | { | S. Florianus Mart. | |
| 4 | | S. Pelagia V. & M. | |
| | | S. Monica Vidua. | |
| | { | Conuersio B. Augustini. | |
| 5 | | S. Angelus Martyr. | |
| | | B. Iutta Vidua. | |
| 6 | | S. Ioannes Damascenus. | |
| 7 | | S. Flavia Domitilla V. M. | |
| 8 | | B. Amatus Conf. | |
| 9 | | S. Gregorius Nazianzenus Episc. | |
| 10 | | SS. Laodicius & Glyceria MM. | |
| 11 | | S. Gangulphus Martyr. | |
| | { | S. Pancratius Mart. | |
| 12 | | S. Epiphanius Episcop. | |
| | | S. Alexander Mart. | |
| 13 | { | S. Ioannes Silentiarius. | |
| | | S. Bonifacius Episcopus. | |
| 14 | | S. Pontius Martyr. | |
| | | SS. Victor & Corona MM. | |
| | | S. Pachomius Abb. | (MM.) |
| 15 | { | SS. Petrus, Paulus, Andreas & Dionysia | |
| | | S. Dymipna V & M. | |
| 16 | | S. Vbaldus Episcop. | |
| 17 | | S. Torpes Mart. | |
| 18 | | S. Ericus Rex Mart. | |
| | { | S. Petrus Cales ^t inus Pont. | |
| 19 | | S. Dunstanus Episc. | |
| | | S. Iho Presbyter. | S. Ab. |

- 20 { S. Austregisilus Episcop.
 S. Bernardinus Senensis Conf.
- 21 S. Hospitius Confess.
- 22 S. Basiliscus Martyr.
- 23 S. Bobo Confessor.
- 24 S. Simeon Stylites.
- 25 { S. Zenobius Episcop.
 S. Mutius Confess.
- 26 S. Carpus Disc. S. Pauli.
- 27 S. Restituta V. & M.
- 28 S. Germanus Episc.
- 29 { S. Conon Mart.
 B. Andreas de Chio M.
- 30 S. Isaacius Eremita.
- 31 B. Iacobus Confess.



Nos quoque timore Domini Crucifixos oportet hic omnibus non solum carnalibus vitijs, verum etiam ipsis Elementis mortuos esse; illuc habentes oculos animæ nostræ defixos, quò nos speramus momentis singulis migraturos. *Cassian. l. 4. de Inst. Renunc c. 35.*

Timor Dei.

Pro constitutis in articulo mortis. •

I. M A I I.

Geminus dies hic sole nitet. PHILIPPVS al-
 ter, alter IACOBVS est. Ille vix inter homi-
 num Piscatores adlectus captum illico ad
 CHRISTVM Nathanaelem adduxit, laudatam ab
 ipso Seruatore prædam. Sed & ij, qui à veri Nu-
 minis cultu alieni erant, ad IESVM aditum sibi
 per PHILIPPVM quærebant. Illum in consilio
 Magister habuit, cum ingenti multitudini cõ-
 meatum pararet; illo rogante Discipulis in Filio
 Patrem ostendit. Hinc cum in sortem paucorum
 totus orbis veniret, provinciam ipse nactus Scy-
 thiam, eam facile CHRISTO subegit, victor que
 sub annum IV. & L. Hierapoli vrbe Phrygiæ in
 cruce triumphauit; cum lapides viles iactanti-
 bus, sed pretiosi PHILIPPO triumphalem coro-
 nam multò pulcherrimè exornarent. Et huius
 quidem triumphus de Barbaris; de Iudæis IACO-
 BI fuit. Hic carne & vino à teneris sibi interdixit:
 longâ precandi consuetudine genibus cal-
 lum obduxit, qui vel Camelo certaret: eâ famâ
 sanctitatis fuit, vt ingredi in Sanctiora Templi
 adyta vni illi liceret: & vel oram vestis eius pre-
 hendere, partem felicitatis ducerent. Ita rem
 Hierosolymæ Christianam cum XXX. annos
 administrasset, anno partæ salutis LXIII. vitæ
 XCVI. è templi fastigio deiectus, & inter preces,
 quas pro hostibus suis faciebat, fuste fallonis
 cæsus est: vt iam me dubium vterque hic Sol fa-
 ciat, Orbine luxerit, an Cælo occiderit pul-
 sator. *Ex Bryen. Romæ*



Ascendat homo aduersum se tribunal mentis
 suae: & constituto in corde iudicio, adfit accu-
 satrix cogitatio, testis conscientia, carnifex ti-
 mor, & sanguis animae confitentis per lacrimas
 profluas. *S. Aug. in libro 50. Hom.*

Dolor de peccatis.

Pro iracundis & inconsideratis.

I. M A Y I.

Quoties nouerca ex patre vitricum fecit.
 Sanè SIGISMUNDVM Burgūdionum Re-
 gem eò artibus suis impulit, vt filium Si-
 gericum, quasi Patrem regno exuere cogitasset,
 vitâ ipse exueret. Verùm asperas filij cruore
 manus tam multis lauit lacrimis, vt quem sic
 pœniteret, pœne innocens dici posset. Monitus
 tamen ab ignoto nescio quo sene, & suam po-
 tius vitam, quàm Filij (qui cælo frueretur) mor-
 tem desistere iussus, ad D. Mauritij tumulum ab-
 iit, causamq; illi commendauit; ageret hanc, vt
 suam olim apud DEVM: adesse fatentem reum:
 supplicia precari, nō deprecari: sc̃uiret nunc et-
 iam Pater Deus; modò olim Iudex parceret:
 quam pœnam tam nocens filius meruisset, tum
 se monstrasse, cùm Innocentem occideret. La-
 crimis non posse satis elui manus; sanguine pos-
 se, sed suo; huic fundendo iam se initium de-
 disse, cùm filij funderet: quem malè libasset, re-
 ctiùs litaturum sese. Et verò damnatus voti est.
 Bello enim in annum DXXVI. à Clodomiro
 Gallorum Rege petitus captusque & capite ple-
 xus in puteum est abiectus. Sed tam ignobile
 Sepulchrum pœnitentis illustrius cantu suo lu-
 minibusque cælum fecit; quin ægri magno nū-
 mero morti iam proximi sanitatem inde suam
 hauserunt, itaque quam vni eripuit vitam, lon-
 gè plurimis SIGISMUNDVS restituit.

Ex Greg. Turon.



Sicut fructus non invenitur in arbore, in qua
 eos prius non apparuerit; sic in senectute hono-
 rem legitimum consequi non poterit, qui in
 adolescentia disciplinae alicuius exercitatione
 non laboravit. *S. Cypr. de 12. Abus.*

Integritas morum.

Pro deliberantibus de Vitae statu.

II. M A I R.

NON rarò pueritia toti vitæ præiudic. Ita
 ATHANASIVS Alexandriæ inter lusum ado-
 leſcentiæ puer à pueris in Episcopum le-
 ctus, natu deinde grandior ab ipſomet cælo est
 confirmatus. Difficile est dictu, quæ bella iam
 Pontifex cum Arianis gesserit. Producta in me-
 dium concilium muliercula vim pudori suo il-
 latam mentiebatur ab ATHANASIO, quem ne
 nouerat quidem. Hic alius non nemo suppetias
 laturus Innocentiæ, ideoque ATHANASIVM sese
 assimilans; heus, inquit, ego ne vitium tibi feci?
 mox illa: tu verò ipsissimus. Ita cum & se & iu-
 pietatem omnium risui exposuisset, exclamant
 Ariani occisum ab ATHANASIO Arsenium
 (quem eam ob rem longè illi amandauerant)
 proferuntque manum velut cantationibus ab
 eodem deuotam. Sed in tempore amici inno-
 centis reduxerant Arsenium. Is itaque in tem-
 plum progressus, vitæque suæ luculentus ipse
 testis ostendit se quidem vtramque manum, ce-
 terum accusationem. Nec caput nec pedes habe-
 re. Exul nihilominus ATHANASIVS totuna
 pæne orbem peterrant: Annos in cisterna qua-
 dam latitauit V. indeq; in impios calamo egre-
 giè pugnavit. Fugienti cum hostis instaret, na-
 uim vertit, iamq; obuius quærenti num ATHA-
 NASIVM vidisset, respondit, non longè illum ab-
 esse. Ita rectâ Alexandriam reuersus in patrio
 conditorio inter mortuos quatuor menses vi-
 xit, inter viuos deinde mortuus anno

CCCLXXII. nunc inter mortuos

iterum viuic. *Est*

Baron.



Ne sumus hic negligentes, vt non per infinita
 secula postmodum pœnitentiam agere cogamur,
 vbi nihil proderunt lacrimæ. In studijs atque
 laboribus gaudent Angeli atq; Archangeli,
 sicut contra in torpore ac negligentia gaudet
 inimicus. *S. Ephrem. t. I.*

Fuga otij.

Pro desiderijs studioſis.

ANTONINVS Florentinorum Præsul ad
 CHRISTI in Cruce imaginem sublimis
 raptus mellitissimis vulnerum osculis ali-
 quandiu inhæsit. Atque ex his illum vberibus
 hausisse amorem crede, quem in omnes postea
 pauperes dispensavit, tum ratus præclare se rem
 administrasse domesticam, si domi nec supellex
 nec penus esset. Viderat ædibus Cælices insidere;
 ingressus cum duas ingenuas sed pauperes Vir-
 gines operi cū Matre intentas reperisset, liberali
 manu paupertatem subleuavit. Verum cum il-
 læ se luxui deinceps dedissent, pulsisque è recto
 bonis Genijs mali successissent, vt meliores ite-
 rum hospites in ædes immigrarent, emigrare
 Quum iussit illud iucundum dictu. Rusticellus
 canistrum pomis onustum Diuo donarat. Hic
 gratias habuit. At cum ille referri sibi maluis-
 set, ANTONINVS pomis in vnâ lancæ, solenni-
 bus verò illis & in chartâ descriptis verbis *Deo*
gratias, in alteram iniectis, rem examini permi-
 sit; & ecce duo verba pondere suo omnia poma
 superatunt: vt planè decipi egenos à diuitibus
 videamus, dū hi pro tam exiguâ stipe tam mul-
 tum recipiunt. Obijt porro anno MCCCCLIX.
 Agrotantis verba illa feruntur: *seruire DEO re-*
gnare est. & illa morientis: *Sancta & immacula-*
ta Virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio.
 Imo verò ANTONINE egregiè ieiunasti: Virgo
 moriens eam in cælum vsque extu-
 listi. *Ex Vno. Mainard.*



Quisquis desiderat ab omni vinculo maledictionis absolui, & plenam novæ gratiæ benedictionem consequi, Crucem diligat, ex qua omnis plenitudo benedictionis emanat; per Crucem se Dei mandatis astringat; per Crucem effrenis Carnis incentiua cohibeat. *S.P.Dam, S. de Invent. Cruc.*

Adoratio S. Crucis.

Pro Infidelibus.

5

R 3

III. M A I I.

CAudent alij crucem, quam cælum mittie-
 missam amittere; at amissam olim Chri-
 sti Crucem inuenisse hodie se gaudet He-
 lena, triumphat. Rei gesta ordinem hîc habes.
 Latebat Crux terrâ, plûs odijs Iudæorum sepul-
 ta. At Helena eum primùm filius Constantinus
 Maxentium debellauit Crucis sanctissimæ au-
 spicijs, quò grata foret, omni ingenio viribusque
 eruere defossam orbique adorandam propo-
 re contendit; tunc demum credens thesaurum
 se reperturam, si Crucem. Ita locus à superstitio-
 ne primùm purgatur; & infamæ Veneris stabu-
 lum statuâque deijcitur: mox humus altè egeri-
 tur: tandem tergeminae Cruces parent, & ponit
 titulus Crucis reflexus. In ipsissimas auri venas
 offendisse Helenam credidisses. Minuebat tamé
 lætitiâ publicam illud, quèd quænam ex tribus
 Seruatoris Crux foret, sic nondum constaret.
 Sed opportunum consiliû Macarius vrbis Epi-
 scopus suggestit iussitque ordine singulas mo-
 rièti forte tunc mulieri imponi. Pergebat illa ad
 primæ contactû mori, itemque ad secundæ, ad ter-
 tiæ denique incolumis reuixit. Huic Helena tem-
 plû struere dignû magnificentia suâ, Crucemque,
 hoc est aurum, argento includere, parté quoque
 vnâ cum auctario (clauis eiusdem) ad filiû imp.
 transmittere, regiû utique donû. Agnouit ille si-
 gna victoriarû suarû & sumè veneratº toto im-
 perio edixit, ne, quæ ressera salutis foret omnibus,
 posthac improborû foret suppliciû. Clauorum
 altero diadematis frontem, altero frenos Impe-
 ratorios ornauit, certus maiores nobiliorésque v-
 miones neque Indiam posse submittere. *Ex Brevi*



O Ignis infernalis luxuria, cuius materia gula,
 cuius flamma superbia, cuius scintillæ prava
 colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis im-
 munditia; cuius finis gehenna. *S. Hieron. in Ep.*

Custodia Castitatis.

Pro aspirantibus ad Sacerdotium.

IV. M A I I.

FLORIANVM, quem aduersus ignium iniurias
 patrōnum inuocamus, Aquæ ad Superos
 transmiserunt. Diocletiano Cæsare, in No-
 uo Ripario Tribunus militaris agebat, cū in-
 stituta de Christianis quæstione, nomen suum
 vltro detulit. Aquilinus loci Præfectus fustuario
 primū eius constantiam tentauit; deinde vbi
 Christi nomen extundi ei posse desperauit, in
 Anasium flumen præcipientem egit. Impij man-
 dati obedientiam Carnifex repentina cœcitate
 luit. Corpus exanime appulsum in scopulos A-
 quila tutata est, Iouis olim, nunc FLORIANI sa-
 telles. Ipse Valeriam religiosam scœminam ad
 iusta persoluenda corpori suo excitauit, & pie-
 tati mercedem persoluit, salubrium Aquarum
 scaturigine, quas ægris bibisse profuit. Igne peri-
 clitantibus propitium esse primus omniū car-
 bonarius experimento didicit; suis, quas ipse
 sufflauerat, inuolutus flammis FLORIANVM ap-
 pellauit, & integro corpore è rogo emerfit. Be-
 neficiū luculentius fuit, quàm vt illud obscu-
 rare inuidia vel obliuio posset. Inde posteris
 quoque mos traditus est, FLORIANI imaginem
 cum vrna aquaria in fronte ædium dedicandi.
 Vos illam ô iuuenes etiam animis tutelam ad-
 sciscite, aduersus multo tristiora incendia, qui-
 bus libido faces subdit, & perenne pabulum
 omnes corporis sensus subuehunt. Lingua,
 manus, aures, oculi, fatendum est,
 incendiarij sunt animæ.

Ex Sur.



Si Luxuriæ flamma in ossibus æstuat, protinus
 illam memoria æterni ignis extinguat: si cal-
 lidus insidiator lubricam carnis speciem obij-
 cit, illico mens ad mortuorum sepulchra ocu-
 lum dirigat, & quid illic suaue tactu, quid dele-
 ctabile visu reperiatur, solerter attendat. *S. Pel.*
Dam. op. 7. cap. 23.

Amor Castitatis.

Pro insidiatoribus alienæ Pudicitie,

IV. M A I I.

PELAGIAM Tharsensem Diocletiani Deique
 Filius sponsam ambierunt, ille corporis,
 hic animi pulchritudine captus. respuit
 mortalem precum Virgo, & cæleste coniugium
 præoptavit. Paranympus Clino fuit Episco-
 pus, quem diuinitus sibi ostensum inter monti-
 um latebras reperit, vbi edocta est, qualis dos af-
 ferenda ad sponsum esset. Ea vno verbo Inno-
 centia appellatur, quam Beati Genij donum Pe-
 lagia tulere, cum lustrico fonte, qui ad Clinonis
 preces è rupe profluxit, tingeretur. Augusta
 præterea Virgo duplici diademate cincta, vt vel
 hinc Terrarum Cælique Dominam intelligas,
 palam visendam se dedit, velut sanctorum Spon-
 salium Antistes. Non fuit deinde difficile Pela-
 gia hoc Virginali Mundo exultare, bombycum
 fila contemnere. Nimirum non Cæsaris sed Nu-
 minis oculis se compexit, cui in sponsa cilicium
 præ purpura placet. Sed neque rivalem diu su-
 stinuit Christus; hunc enim antelatum sibi in-
 dignatus Cæsaris Filius versusque ex amore in fu-
 rorem, gladio pectus transfixit. Diocletianus
 tamen filium vlturus non fuerat, si Pelagia a-
 morem à Christo ad se transtulisset. Abhorren-
 tem ab ea conditione nouus Phalaris boui æreo
 candenti inclusit, in quo illa, amore veriùs,
 quàm igne liquefacta est. Exuias corporis in
 Linatù montem proiectas quatuor Leones tu-
 tati sunt; Clino in vnam composuit, & monti
 Congregationis nomen indidit. Vos Sodales,
 qui tituli iure Reliquiarù hæredes estis, quod in
 Pelagia pulcherrimum fuit, Innocentia vestem,
 primo loco votoque poscite. *Ex Metaphr.*



Primus gradus pietatis est iste, ut quos auctores tibi voluit esse Deus, honores obsequijs, abstineas contumelijs: sed nec vultu lædenda est Pietas parentum; meretur excæcitatis subire supplicium, qui parentum vultus toruo vultu despexit. *S. Hieronym.*

Reuerentia erga Parentes.

Pro immorigeris Filijs.

IV. M A T R I S.

HÆc est illa M O N I C A , quæ Augustinus
 bis genuit, orbi primùm, deinde cælo, se-
 cundo quàm primo partu felicior, dum
 Filio Pietatem, alteram hominis animam, quæ
 sum lacte instillare non potuit, plorando infu-
 dit. Hæc enī Manichæa mortalissima humani
 generis peste perierat Augustinus; Mater sic
 mortuo affundere lacrimas non antè destitit,
 quàm Episcopi oraculo recreata est spondentis,
*Fieri non posse, ut filius istarum lacrymarum pas-
 sciret.* Vim nimirum faciebat Deo (vti Augusti-
 nus postea iam renatus loquebatur) *cor contri-
 tum & humiliatum vidua casta ac sobria peten-
 sisque ab eo non aurum & argentum, sed salutem
 animæ filij sui.* Cuius illud præzium indicium
 fuit, quòd Ambrosio acquiesceret, & destillan-
 te ab illius viri ore Ambrosia pasceretur, quem
 proinde non imèrito vt Angelum Dei Monica
 diligebat; quando verè idem est Boni Præcepto-
 ris, quod Angeli officium, et si non eadem vtri-
 que dignatio impenditur. Compos tandem fa-
 cta voti sui, & Augustino in tantas succrescente
 spes, negavit longiore sibi vita opus esse, deside-
 rium cæli ad Ostia Tiberina filio professà, cum
 diceret, *Fili quantum ad me attinet, nulla re iam
 delector in hac vita: immerari cupiebam, ut te
 Catholicum viderem &c.* Neq; multo post terris
 excessit, hoc vnum precata à filijs, vt ad Domi-
 ni altare sui meminissent. Nos illam suspirijs re-
 petimus normam & exemplar Matrum omni-
 um; nam hodie plerzq; non pereuntibus filijs,
 sed ad Deum abeuntibus, lacrymantur, eosque di-
 ligendo occidunt. *Ex operib. S. August.*



Si aurum tibi offeram, non mihi dicis, Cras
 veniam; sed iam ex'igis; nemo differt, nemo ex-
 cusat; Redemptio animæ promittitur, & ne-
 mo festinat. *S. Amb in S. de Ieiun. & Eleemos.*

Matura conuersio.

Pro Studiosis Academicis.

Hoc die Monica lacrimæ AUGUSTINI
 orbi secundùm pepererunt ; nam hoc
 Manichæorum erroribus se demum ex-
 pedivit. Ad id plurimum , vt dixeramus , mo-
 menti mater attulit , quæ filium pessum euntē
 ex Africa in Italiã vsque secuta lacrimis pro eius
 salute tantum non exoculauit sese. Monstrauit
 certē parentibus , quā parum sit filium mun-
 do peperisse , nisi in speciem celi educatur. Iam duo
 illi ex Imperatoris aula , qui lectā Magni Anto-
 nij vitā nuntium mundo remiserant , tantum
 apud AUGUSTINVM potuerunt , vt exclamaret :
*quid hoc ? quid audisti ? surgunt indocti & calum-
 niantur : & nos cum doctrinis nostris volutamus
 in carne & sanguine ?* Sub hæc luctanti cum ani-
 mo suo in conspectum se Castitas dedit ingen-
 ti omnium ordinum ac ætatum coronā cincta ,
 digitoque nunc senes aut viros , nunc pueros
 aut puellas signans , & tu , aiebat , *non poteris
 quod isti aut ista ?* mox è cælo etiam vox istius-
 modi allapsa : *tolle , lege* , Sustulit ille legitque : *non
 in comessationibus & ebrietatibus , non in cubili-
 bus & impudicijs , non in contentione & emula-
 tione : sed induimini IESUM CHRISTVM*
 legit inquam hæc , & ex Manichæo Catholicus ,
 ex Rhetore Ecclesiæ Doctor , ex mundi Amato-
 re summo summus contemptor euasit. At nos
 qui eadem & audimus & legimus moras mo-
 ris nectimus , dicitque è cælo nobis ipse Diuus ,
 quæ sibi olim dicebat : *an quia præcesserunt pu-
 det sequi ? & non pudet nec saltem sequi ?* Ex
 ipsius D. Aug. Confess.



Quid vitra debuit facere Christus & non fecit? Cuius vel saxum pectus tanta & talis, à tanto & tali collata multitudo beneficiorum nõ emolliat? quidquid igitur es, quidquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti. *S. Bern. super illud, Regnum Dei &c.*

Recogitatio Bonitatis diuinæ.

Pro Religiosis Ordinibus,

V. M A I I.

Rosam è spinis habe, ANGELVM inquam & parente vtroq; iudæo ierosolymis natū. Sed quid dico? ipsæ hæ spinæ in rosas abierunt, cum Cæli REGINA Magistram his in fide se præbuit, geminamque illis prolem Ioannem Patriarcham ANGELVMq; nostrum Martyrem est vaticinata. Ergo cum ad templum Christianorum se recepissent, ibique in sublimi hostia talem Christum, qualis olim à cruce pendeat, non dubijs iam oculis vidissent, Christo geniti Ioannem primū, tum ANGELVM genuerunt. Hic altioris vitæ radiméta in monte posuit Carmelo, qui & nomen illi dedit. Abhinc in seipsū primò, deinde in eremum descendit, vbi cum solum se crederet, adesse sibi vidit IESVM multo maximo SS. agmine stipatum & iubentem, vi-torias suas Alexandriam ferret, inde ad palmā in Siciliam contenderet. Huc priusquam Romā iret, DD. Franciscum & Dominicum felici pede offendit. Nam Franciscus repente plenus Numine fatidico ad pedes ANGELI accidit, osculòq; his fixo, Martyrem voce gratulabūdā salutavit. Sed & hunc Vati suo Vatem fuisse aiunt, & iam tum cæli nomine promississe Francisco illa vulnera honestissima, alterum haud dubiè nec minus nobile martyrium. Cæterum in Siciliam ap-pulsus cum Berengarium Comitem incestā cum Sorore cōsuetudine multis iam annis infamem elam primò, tum palàm castigasset, immissā he-reticorum manu, in ipso templo, plura vulnera pro concione interq; hæc letale accepit. Atq; ex hoc paulò pòst mortuus ad cognomines abiit
 ANGELVS. EX BZOV. 13, 10. Ann. Eccl. & Ferr.

Columba mea in Foraminibus Petre. cont.

MRA



S. IVTTA VIDVA

Suscipiat fidelis Anima Auctoris sui atq; Re-
toris immarcessibilem charitatem, totamque
se eius subijciat voluntati, in cuius operibus at-
que iudicijs nihil vacat à veritate Iustitię, nihil
à miseratione Clementię. S. Leo s. de Ieiuni.

Conformitas Voluntatis humanę cum diuinę

Pro destitutis humano solatio.

QVI IURAM legis, legentem lege. Nam & illa à teneris vitas legere Diuorum gaudebat; sed &, quod pauci facimus, facere gaudebat, quæ legerat. Nubilem iam & fugam è mundo meditantem Nuptiæ illustres implicarunt, neque tamen manus Virtuti ligarunt. Mundum omnem muliebrem, quem à parentibus & ipsis illustribus nobilissimum acceperat, ad vestienda ornandaque mendicabula omnem contulit, rectè non pulchrius micare gemmas & vniones rata quàm in pauperis Christi centonibus. Iamque eo deuenerat, vt decocta ingenti dote necessaria ad vitam mendicare ipsa non sine risu improborum cogeretur. Sed laudauit Christus hanc prodigalitatem conspicuus & iterum ditauit illis verbis, *Omnia mea tua sunt, & tua mea.* Enimvero tam opulentam se vbi circumspexit IURTA, effusior etiam dehinc vixit. Neque tamen redigi ad incitas potuit liberalis dextera. Iterum Christus illi visus potestatem fecit ex diuite cordis sui çrario quas luberet opes depromendi. Illa Sapientiæ sanctioris thesauros deprompsit, vt iam sine alio Doctore arcana fidei calleret, & in ipsa adyta sanctissimæ Triadis mulier se penetraret. Nimirum neque iam supremum ægram à Christo ad notas delicias inuitatam miror, neque dubito animum membris solutum rectà in cœlos abiisse, cùm versus hos in aërem abiisse inter preces etiam cum corporis pondere legam. Ex



Nostram memoriam repositorium Deiparæ
 faciamus. Hoc verò quomodo erit ? Ea fuit
 Virgo, & amatrix Virginum ; Si ergo cum cor-
 pore mentem quoque castam habuerimus, in-
 habitantem eius gratiam possidebimus. *S. Ios
 Damasc. S. de Ass. B. M. V.*

Imitatio B. Mariæ V.

Pro conuersione hæreticorum

VI. M A Y I.

ETiam hic IOANNES, cui à patria DAMASCENO nomen fecit, inter VIRGINIS cultores in paucis est numerandus. Cùm enim Saracenorum Duci à consilijs esset, calamum interim in Leonem sacrarum imaginum hostem strinxit, pulehrum existimans pro MATRIS capite manum suam obijcere. Nam cùm literas commentus impius esset Imperator velut ab ipso IOANNE scriptas, quibus Damascum prodeire cogitaret, easq; Saraceno transmisisset, dextram hic scilicet detruncavit innocenti. Sed precanti & ante icona DEIPARAE familiaris querenti, quòd ad pugnandum pro ipsius & Filij honore inermis iam esset, ecce tibi auxiliatricem manum VIRGO porrigens dextram integerrimam restituit, relictâ solum in miraculi vestigium lineâ rubente, quam rectius armillam nos dicemus. Hinc IOANNES sapientiæ sanctioris rudimenta inter Anachoretas discere aggressus magnos breui progressus fecit. Fiscellas enim in patria iussus vendere, risui scilicet fuit, qui nuper omnium admirationi erat. Iam sordes omnes in cœnobio illâ illâ non tam suâ quam VIRGINIS manu iussus purgare non dubitavit imperio obsequi. Quare manum tam nobili victoriâ splendidam calamo denuo ipsa cœli Imperatrix MARIA armavit, scripsitq; illa quæ hodieque Orbis omnis miratur. Sed nimium quæ reddidit, etiam rexit dexteram.

Ex Io. Patr. Hier.



Despiciendus à nobis hic mundus fuerat,
 etiamsi rebus prosperis demulceret animum.
 At postquam tot flagellis premitur, tot nobis
 quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud,
 quàm, ne diligatur, clamat? *S. Greg. l. 3. Dial.*

Moderatio in cultu corporis.

Pro luxu vestium auertendo.

VII. MART.

A Dornabat in Centesimum CHRISTIANUM FLAVIA Aurelio desponsa nuptias & ad nuptias sese imprimis: cum Nerero & Achilleus, qui à cubiculis illi erant, sollicitam mouerunt, vt eam in comendo curam celo impenderet, ita fore, vti Sponsum CHRISTVM nancisceretur. Audijt illa tam salubria monentes repudiatoque mortali Sponso, immortalibentem Clemens Pont. Max. ex more Christiano, flammeo inuoluit. Consilium hoc optimum etiam ipsis Auditoribus fuit. Nam duo egregij filii Paranympsi mox Martyres coronam primæ nuptialem abstulerunt; at FLAVIA in exilium missa dura atque aspera multa perpessa est. Postquam Theodoram atque Euphrosynam, quæ ad Aurelij amores iterum illam abstrahere nitentur, in suam etiam sententiam pertraxissent & ipse Aurelius dum choreas ductaret, subito fato corruens, mortuales fecisset, quas nuptiales putauerat; irâ ardens huius Germanus Luxurius, ædibus in quibus DOMATILLA cum geminis, quas memorauimus, Virginibus agebat, ignem subiecit. Sed nempe tam sanctis nuptiis ille sic tædæ præluxit; Sponsarum verò postridie corpora, vt à Cupidinis, sic à Tyranni etiam ignibus integra fuerunt, & à tam sanctis flammarum spolijs hodie Etkuacum Germaniæ ciuitas splendet.

Ex SUR.



Quis orationi vacare desiderat, suasque p[er]flu-
 lationes offerre altissimo, sic se componat intus
 coram oculis Domini, ut non minus ipse, quam
 eius acceptabilis fiat deprecatio; N[on] placet Deo
 orationis sacrificium, nisi placeat prius ipse, qui
 offert. *B. Laur. Inst. Fascic. Amoris cap. 15.*
 Collectio Spiritus.

Pro dono orationis in Sodalitate augendo.

VIII. M A T I.

AMATO Saludecium patria fuit. Parentibus in tenera ætate amissis multa tulit fecitque Puer & Adolefcens, etiam viris imitanda. Amor castitatis prima illi bella excitauit fœminâ classicum cantante, proprio sexus ingenio. Ea fratri AMATI nupta, filiam, quam priore coniugio tulerat, cum AMATO sponsam obtruderet, repulsam vltimis odijs vltima est, quibus etiam fratres collisi sunt, exiguo tamen AMATI incommodo, deputantis in lucro, si virtutis causa nomen suum amitteret, fieretque exosus. Numinis tamen benevolentiam omnibus officijs captauit, in pauperes tam prodigus, nihil vti sibi relinqueret, sed locatâ promiscuè operâ famem sustentaret: in emaciato nihilominus corpore flagro ferreo non modò memoriam sed imaginem Christi Patientis renouabat; hoc quoque illius assecutus, vt pro malefano habitus publica ciuium suorum fabulâ fieret. Sed despectum orbi cælum ad se rapuit, tam familiariter quidem, vt inter castas preces euolantem ad Superos animum etiam corpus sequeretur. Crescentem eo miraculo AMATI famam frater fœdo crimine sugillauit, stupri commercium ei cum Clara sorore Deo sacratâ affingere ausus. Sed ambulante in ius Sol absoluit abollâ eius intercipiens, suisque radijs sustentans. Iisdem illustrata AMATI est sanctitas; sed ille proditorum suum fugiens inter sacras peregrinationes consenuit, in hospitali denique pauperum domo, quam suis impensis erexerat, mortuus. Corpus nondum extabuit, suaque integritate fratris carumniâ etiâ in tumulo refutat. *Ex Phil. Ferrar.*

MRA



S. GREGORIVS NAZIANZENSIS

Cordis Contritio optimum est ad percipiendam munditiam medicamentum. Mox ut germinare inchoauerint foedæ cogitationes, compunctionis gladio interimat ipsas, qui cordis sui Christum cupit habere possessorem. S. Laur. l. de Cast. Connub c 13.

Studium diuinæ Sapientiæ.

Pro studiosis Theologiæ.

GREGORIVS. à patria NAZIANZENVS, ab
 eruditione. postea THEOLOGVS dictus,
 cùm studiorum causâ Athenas peteret,
 graui tempestate iactatus proximè vltimum vi-
 tæ discrimen fuit. Quis credat? quò felicitatis
 venti secundi nunquam tulissent, aduersi tulerunt.
 Cùm enim vouisset, si ex his vndis emer-
 geret, sanctioribus Baptismi aquis caput mersu-
 rum, & vitam inter Religiosos acturum, illico
 cælum arripit, & damnatus voti GREGORIVS
 nauim non tam ad terram, quàm ad cælum ap-
 pulit. Porro Athenis commoranti vno eodem-
 que tempore & Castitas & Sapientia visendam
 se dederunt, & amanti ambæ lubentes nups-
 erunt, puto vt arguerent iuuentutem nostram,
 quæ sine animi puritate Sapientiam ducere nec-
 quicquam allaborat. Exinde vt in studijs & legi-
 bus Monachorum condendis, ita etiam in bello
 contra Arianos. Magno Basilio socius fuit; ausus
 in ipsum Iulianum, in quo adolescente etiam-
 num Athenis tyrannum latere edixerat, palam
 & scribere & dicere, sæuentis vulgi & saxa in
 se conijcientis. clamores velut plausum acci-
 piens. Sed & Pontifex iam Byzantinus sicario
 ab hæreticis in necem suam subornato facilis
 veniam dedit: pè st tamen grauibus iterum sedi-
 tionum fluctibus agitatus, missâ vrbe ac insula,
 in villulâ patriâ malaciam, in morte denique
 anno C. C. L. X. X. X. portum reperit.

*Ex Greg. Presb. apud
 Suriem.*



Spiritus subiectam carnem disciplinae freno
 coërceat, & ad supernam Hierusalem quotidie
 feruentis desiderij gradib. festinet. Promissa ca-
 stitati premia incessanter aspiciat, quorum dul-
 cedine prouocatus, quidquid versutis callidi in-
 sidiatoris epponitur, libero fidei pede transcon-
 dat. *S. P. Dam. ep. 7. c. 24.*

Refrenatio malarum cupiditatum.

Pro nobilitate Germanica.

GLYCERIA Macarij III. Consulis F. sexus sui
 miraculum, vtriusq; exemplum, Antonini
 Imperio Traianopoli & Heracleæ triū-
 phauit. Lampodophoria celebrantibus impijs,
 ipsa frōtem Cruce insignita in publicū prodijt,
 negauitq; alia lampade sibi opus esse, cum Cru-
 cis radios nec ipse quidē iupiter marmoreis o-
 culis laturus sit. Fecit dictis fidem cōminuta ex-
 templo statua, neque ad vindicandā iniuriā satis
 potens, cum frustillatim in GLYCERIAM Lectate-
 tur, trepidantibus fragmentis munitam. Cruce
 Heroidem contingere. Ferocior tantē ioue suo
 Sabinus praeses fuit. & ē coma pendulā lacerati
 vngulis insit, temperante cruciatus Angelo, &
 sua in carnifices tormenta regerente. quō de-
 inde etiam in carcerem abreptæ compedes dem-
 psit, mensam epulis instruxit, fornacis incendij
 extinxit, detractam capiti cutem restituit; quam
 cūm Laodoeius carceris custos iterum tribuna-
 li sistendam non agnosceret, eiusque fugam lue-
 re ferro pararet, reuocatum à scelere GLYCERIA
 Christo asseruit, sponte deinde manus pedesque
 ijs vinculis astringentem, quæ Virgo tulerat. Et
 ille quidem securi addictus ad cælum per com-
 pendium abiit. GLYCERIA Dijs hominibusque
 victis etiam belluas triumphauit. Stetit inter
 Leones agna, neque exhorruit contubernium.
 Ipsi adeò feris tradidit mores suos, & genuinam
 rabiem cicurauit; Vix cūm voce de cælo lapsa
 excedere circo victrix iuberetur, morsunculam
 à Leæna impetrauit, quæ animæ viam faceret.
 E corpore oleum fluxit, ne athletis pro Inno-
 centia pugnatūris ceroma decisset. *Ex Suxio.*

Ego quasi vitis fructificavi

MRA



S. GANGVLPHVS C.

Mentiri & iurare lingua tua prorsus ignoret,
tantusque in te sit veri amor, ut quidquid dixe-
ris, iuratum putes. De quo Saluator ad discipu-
los ait, Non iurate omnino: Sit autem sermo vester
Est Est, Non Non; quod autem hu abundantius est,
a malo est. S. Hier. ep. 14.

Amor veritatis.

Pro iurantibus & Peierantibus.

XI. M A T T.

GANGVLPHO Dynastæ Burgundo corporis,
 animi, quæque Fortunæ propriè imputa-
 mus, Bonis felicissimo, nihilominus cum
 malorum omnium extremo Mala Vxore con-
 stantandum fuit. Ea præter cæteram morum
 puerilitatem etiam scædis amoribus indulfit,
 quos denique Fons prodidit & hoc & alijs pro-
 digijs illustris. GANGVLPHO in Campania pran-
 denti simplicissima ad speciem quæstio excidit,
 quanti fontanâ, cui assidebat, hospes æstimaret;
 sibi enim opidò allubescere, hospes delirium in-
 terpretatus pretiû tamen statuit. GANGVLPHVS
 aquam, quanti indicata erat, emit, & se dat in
 viam; fons, inaudito miraculo, eum sequitur, &
 Varenis, vbi domicilium habebat, nouo ortu
 erumpit, seriò iam damnante mercimonium
 suum Campano. Ex hoc ergo fonte calculum
 leuare GANGVLPHVS vxorem iussit, absoluturus
 eam, si id impune fecisset. Accipit conditionem
 eum risu adultera; sed brachium velut ex Vul-
 cani olla scædè vstulatum retulit; nullo tamen,
 præter diuortium, incommodo affecta ad inge-
 nium redijt, & denique adulterio parricidium
 coniunxit. Id vbi amator illius. (pró pudor Cler-
 icus erat) perpetratum ad prostibulum retulit,
 infelicem animam cum aluo deiecit. GANGVL-
 PHVM miracula Diuis exæquatunt; quæ cum
 adultera traduceret, infami per omnem vitam
 supplicio est exercita, quod prodere vere-
 cundiores, quàm illa fuit, literæ
 erubescunt. Ex Syr,

Arcum meum ponam in nubibus
MRA



S. PANCRATIVS M.

Qui differit in futuram & forsitan non futuram aetatem suam vitam corrigere, certum bonum dimittit procul dubio; & contemnendo, quod perdit, probat se non amare, quod expectat, & meretur non accipere. *S. Anselm. Ep. I.*

Maturatio boni propositi.

Pro Studiosis Humaniorum Literarum.

XII. M A I I.

Non omnes serò sapere Phryges, PANCRATIVS ipse quoque Phryx ostendet. Quatuordecim non amplius natus annos vixit tam quàm Christum maluit perdere, quæ quidem summa est sapientia. Principe familia, Cle-
donio patre ortus, eoque mortuo, Dionysio patruo in tutelam commendatus Romam cum eo commigravit, quo tempore Diocletianus Christiani sanguinis gurges totius Imperij viribus ad excindendam Innocentiam abutebatur, Commodùm accidit, vt in eadem regione vrbs Romanus Pontifex latitaret, in qua PANCRATIVS domicilium collocarat, nimirum vt dignissima manu hoc liliù Numini cõsecraretur; cuius impulsu PANCRATIVS vltro cum Patruo illis ab eo tingi aquis petijt, quibus omnes cæli flores rigantur. Voto potitus, tam suauem pietatis halare odorem cœpit, vt venaticos Diocletiani canes omnia Sanctorum vestigia odorantes nõ potuerit latere. Raptus ad tribunal quantumvis sanguinarios Cæsaris oculos rapuit, qui tamen præter oris formam nihil intuebatur. Ergo blanditias primùm admouit, Infantulum appellitans, & filij nomen offerens, si se patrem & Iouem habere Deum voluisset. Vtrumque contempsit, & Iouem quidem generosissimè, negans tam puerum esse se, vt adulcerum & fororis suæ maritum sibi putet adorandum. Diocletianus ne plura audiret æquè erubescenda, iussit hunc omnis elegantiaæ florem demeti, cuius sanguine vtinam Mariani rigentur horti;
 ô quales nascentur Narcissi ! Ex

Surio & Bren. Rom.



Auersum ab omni voluptate Mundi oportet
 esse animum , nunquam desinente corpus titil-
 lare noxijs illecebris, quas experimento constat
 appropinquantis dæmonis esse antea mbulo-
 nes, quos tamen si mens sobria Dei memoriam
 nunquam deposuerit, nullo negotio prosterne-
 mus. *Ex Testamento S. Epiphani.*

Verecundia.

Pro Impudicis.

Iuvat suauitate diuinę circa teneram ætatem
 prouidentię in EPIPHANIO agnoscere. Is Phœ-
 nix gente, sectâ Iudeus patrem decennis ami-
 sit. Accedente ad orbitatem egestate, equum in-
 domitum à matre iussus vendere, vitium eius
 clam non habuit; donatus ob candorē liberali-
 ter. etiam in Christianum incidit Cleobiū nomi-
 ne, cuius aspectu efferatus equus. EPIPHANIVM
 excussit, felici casu; Cleobi⁹ enim inuocato Chri-
 sti nomine afflictū erexit, calcitronem occidit;
 ea prima scintilla pectori incidit IESV olim a-
 more arsurō; Sed nimirum eam faciliè Tryphon
 suffocasset Hebræorum Antesignanus, qui EPI-
 PHANIO adoptato eundem sibi generum de-
 sponderat ægrè ex his pedicis extricandum, nisi
 eas Tryphonis & filię mors incidisset. Commo-
 dùm deinde equitanti Lucianus Monachus se
 obtulit, qui ad pauperis preces veste se expo-
 lians extemplo Togam puram è cælo accepit. Ea
 causa EPIPHANIO fuit, vt se homini imbuendū
 permitteret, Numine tam propitio, vt Episcopus
 ad Lustricum fontem properantis vultum ra-
 diare, coronamque imminere capiti cerneret.
 Lætis initijs vita omnis consentanea fuit. Fa-
 mem, sitim, morbos, Dæmones, mortem cæte-
 râque orbis mala nemo eo potentiùs coërcuit.
 Hæreses pestem his omnibus capitaliorem stilo
 confixit. Miretur viuentis miracula Iuuentus,
 vnum modò, quod iam exanimis edidit, imite-
 tur. Improbum hominem, nudum corpus inspi-
 cere tentantem, calce à se repulit, verecundię et-
 iam post mortem retinens, quæ hodie ferè om-
 nium virtutum prima moritur, *Ex Metaphr.*



Cum fallax huius Mundi felicitas tot calamitatibus sit obnoxia, cum potentia temporalis tot casibus varianda subiaceat, & rerum ordo sese velut scenicę vertiginis alternitate confundat, quis sanę mentis à rebus tam friuolis tamque fugacibus animum non auertat? *S. Pet. Dam lib. 7. ep. 5.*

Auersio à Creaturis ad Creatorem.
Pro militibus Christianis.

XIII. M A I I.

NOs, qua te voce possumus, Christiane miles, excitamus; ALEXANDRUM enim ad certamen pro fide subeundum Angelus animavit, & aduersus Maximiani tormenta invictum præstitit. Sed & Pæmenia mater, raro in femina exemplo, cælesti hortatori succinuit, ex Italia in Thraciam abducti & iter omne suo sanguine nobilitantis Filij comes. Præconio illius ad illustriora passim tribunalia Christum prædicantis, quidquid inter Italiam Asiâque interest, reuixit, & relanguescentes Christianorum animos fortissimi iuuenis sanguis ad pares ansus accendit. Diu pulchrius hominibus Angelisque spectaculum præbitum non fuerat, neque contineri vel hi vel illi potuerit, quin identidem applauderent certanti. Omnia passum, quæ Tiberiano Præsidi furoris ingenium dictauit, caput à Cælestino Carnifice abscissum est, sed ferrum stringere non ante auso, quam Angeli Beati Martyris Satellites, ipsomet deprecante, paulo longius ab eius latere secederent. Corpus in flumen proiectum Canes extraxere; Bini exijs Matri obuiam progressi nobilis thesauri indicium fecerunt. Functam ultimo pietatis officio de cælo Filius est allocutus paratæ mercedis sponsor. Dolendum, ALEXANDRI huius veteris Magni virtutibus parem scriptorem non obtigisse, sed illud amplius, tam paucos habere Imitatores. *Ex*

Metaphr,



Loqueresanè, si quid silentio melius & excel-
 lentius habes: at. ubi silere præstat, quàm loqui,
 silentio acquiesce. Nosti enim laudatum illud,
 ordinem labijs constituere, atque alia dicere, a-
 lia audire, S. Greg. Naz. S. Moder. in disp. sermone

Silentium.

Pro vicijs linguæ extirpandis.

Diceret idē iam esse Ioannem & MARIAM amatorem. Certē talis ille fuit IOANNES, qui à taciturnitate nomen habet. Etenim magnarum opum hæres earum hæredem esse MARIAM viuis voluit, nobilissimo in eius honorem templo extructo; ipse vitam cum alijs DEO DEIQ; MATRI deuotam egit, tantā animi integritate, vt nudum, quoad vixit, nunquam se aspexerit, vel hac vna sanè verecundiâ VIRGINI charus. Ad insulam subinde omnium votis præterquā suis vocatus Hierosolymam abiit: ibi cum stellam cruce insignem vidisset, audissetque vocem, qua præeuntem sequi iubebatur, memor quā bona Dux Stella iam olim fuisset, extemplo in viam se dedit. Nec aberrauit profectò, nam recta in cœnobium amplissimum venit, in eoque VII. annos; in spelæo deinde IX. alios silentio traduxit. Hinc egressus & viarum anfractibus implicitus à Cælicibus eo iterum reportatus & contra incursiones Saracenorum à Leone est defensus. Tandem ad cœnobium reuersus & post multos annos ab Angelo proditus, Caryotam in petram abiecit. Et ecce continuo hæc simul radices simul germine agere, tum frondes totā ædictulā explicare & post tertium deniq; diem fructum ferre. Abijt deinde IOANNES ex humanis Anno M L VII. ætatis C L X. vir qui vel tacendo meruit, vt omnis de illo ætas loquatur. Ex

Metaphr.



Si æterna bona sub aspectum caderent, itém-
 que supplicia veritatis agnitæ desertorib. para-
 ta, nullius alterius rei desiderium teneret iam
 terrâ sublimiores, & præteriti temporis acta re-
 colentes cum lacrymis, donec Dei gratia cælesti
 nos sponsoiungeret. *Ex dictis S. Pachomij.*
 Contemptus Voluptatum,

Pro educatis in delicijs.

XIV. M A T T.

Dabit Christianus Adolefcens victas Stygi manus? cūm PACHOMIVS nondum Chri-
 ftianus Dæmonibus fuerit formidini, ut
 præfente eo vocem mittere non fint aufi, obftu-
 pefacti indole ad tutum. Numinis apèrta: cuius
 notitiam fimul atq; hauit, continuo carni bel-
 lum indixit, quam vt generofius fperneret, cæle-
 fti Ambrofia, qua Chrifto nomen dedit nocte,
 eft p. ftus. Monaflices Tyræinio pofito, iufius
 eft diuinitus cœtus cogere ex formula, quam
 exararam ab Angelo accepit, erudiendos. Quos
 inter celeberrima Theodori eft memoria, qui
 clara ftirpe genitus, totâ in epulas effufa dæmo,
 hac cogitatione i ctus eft, Mundi fabulatâ quàm
 triftis fit catastrophæ, & cūm perfonatis gaudijs
 larua detrahitur, quàm non iuuerit ad ten- pus
 infaniffe. Secutæ funt lacrymæ, quas mater co-
 nata abftergere ne fugæ quidem confilium filio
 eripere potuit. Quia adeo cūm diu perquifitum
 delitefcere apud PACHOMIVM inauiffet, armata
 Epifcoporum Epiftolis irrupit in dicata fancto
 illius otio nemora, & ad fuas admitti delicias
 propè cūm conuitio poflulauit. O PACHOMIVS,
 Theodoro copiam facit falutæ matris, qua fe ille
 vfurum negauit, nî fpepondiffet PACHOMIVS
 eum fibi congressum olim fraudi non fore. quâ
 in rem cautus fenex fidem dare non fufinuit.
 Priusquam quieti fe daret, fella diurno labore
 membra figillatim folabatur; quantillum enim
 fupereffe iamiam in beatitatis rofa collocandis?
 Quid ad hæc fuauiudij neftri, qui nunquam in
 Dei caufa fe meminere fatigatos? *Ex Metaphor.*



Magna res homo, & pretiosa vir misericors.
 Hæc maior gratia, quàm mortuos resuscitare:
 multè namque maius est esurgentem pascere
 Christum, quàm in nomine IESV mortuos susci-
 tare; nam illic tu de Christo bene mereris; hic
 autem ipse de te. *S. Chrysof. hom. 36. ad Pop.*
 Liberalitas erga egenos.

Pro diuitibus Auaris.

XIV. M^AT^RI.

PVLCHRÈ BONIFACIUS, omnes nominis sui numeros impleuit, puer iam multorum pater, nunc sine prætecta, nunc etiam sine interualla ad matris sinum rediit, & verò iactabundus etiam, quod tam exiguis panniculis totū CHRISTVM potuisset tegere. Furtum tamen iam tum vel maximè damnauit, eoque vulpes, quæ subducere Matrī gallinas amabat, ad precantis pedes redire coacta & rapta reddidit & facinus morte sponte luit. Iam domi siue messem siue vindemiam habere illi cū libuit, lieuit. Inde cū ditiores annonam flagellarent, matris omnē frumentum in pauperes sparsit. Sed fementem hoc erat facere. Nam cū Mater irasceretur tam prodigo, ad eius preces subita seges totum horreum compleuit. Sub hęc cū spem vindemiæ ditioris grando deiecisset, Antistes iam Ferentinus paucillum vini, quod legerat, in omnes testas ac dolia diuisit, precando deinde tantum non exundare fecit. Certè vasculum merō plenum Gothi duo ex itinere accepisse se putauerant cœnæ fortè vnius illecebram. Sed nimirum cellam illi promptuariam circumferebant, non minus etiam, cum viam relegissent, diuitem. Fuit cū benè egenis facturus ipse egeret, & duodecim aureos, Nepotis peculium, prodigeret. Verum cum ei Nēpos vehementiūs succenseret, ab imagine DEIPARAE, totidem alios tulit. Recepit itaque suum nepos, plus utique accepturus, si scenori mcram dedisset, *Ex Dial. S. Greg.*



Cum homines quotidie immaturo praeven-
 tiantur interitu, quid restat, nisi ut hoc breui
 puncto, quo vivimus, lapsura quaeque velut iam
 lapsa despiciere, & ad ea, quae permanent, pleno
 feruidæ mentis studeamus desiderio festinare?
S. Petr. Dam. op. 12. cap. 13.

Sancta Conuersatio.

Pro inchoantibus studia literarum.

XIV. M A R T I.

PONTIVM vides, cuius operâ factum est, ne
 Millesimus Romanæ Urbis annus Dæmo-
 nib. consecraretur; quod futurum ijdem,
 PONTIO adhuc matris ventre abdito, permittu
 Numinis; agnouerunt; Iulia, id mulieri nomen
 fuit, Marti senatoris Rom. Vxor eo grauida de-
 labrum subierat, cum repente Flamen furijs in-
 citatus, cōceptâ mitrâ, Hostem Deorum adesse
 exclamauit, vterû detestans in perniciem Iouis
 fœcundum. Iulia vaticinatione perculsa fœtum
 necquidquam depellere abortu institit, nato et-
 iam vim allatura, nisi Pater vetuisset; utique e-
 nim Dijs ad vnum puerum perdendum satis
 fore virium. Contigit deinde, PONTIVM; audito
 Christianorum carmine, quo Deorum vanitas
 irridebatur, Religionis amore capi; haustam et-
 iam patri instillauit, purgatâque à Deorum lar-
 uis domo, primum id formidatâ à Dæmonib.
 indolis specimen dedit. Patris mortui dignitate
 aditâ, Philippis Imperatoribus familiari vsu
 coniunctus est, qui cum in Millesimum Urbis
 annum sacrificium Dijs pararent, ab ea mente
 PONTII oratione deducti Christo nomina de-
 derunt, eiusque Numini Romanum Imperium
 dedicarunt. Valeriano & Gallieno imperantibus
 accusatus impietatis PONTIVS & equuleo impo-
 situs, machinam precibus rupit. Vrsos in se inci-
 ratos cicurauit, rogam extinxit, gladio denique
 ceruices subiecit, vsitatâ sanctorum modestiâ,
 quorum plerique capite imminuti sunt,
 superbis puto instituendis hac potis-
 simùm parte indomitis.

Ex Strab.

Erravit sicut

ovis q̄ perijt

MRA



SS. VICTOR ET CORONA MM

Mundo se extraneum homo reddat, ut Deo
propensioris gratiæ largitate familiaris adhæ-
reat. Mundo mortuus vivat, à terrenis vexatio-
nibus se subtrahat, ac velut in sepulchro iam
positus in solo Creatoris sui desiderio suaviter
requiescat. *S. Pet. Dam. op 12. c. 32.*

Victoria sui ipsius.

Pro succumbentibus tentationi.

XIV. M A T T.

Auspiciatissima nomina suosq; triumphos
loquentia VICTOREM & CORONAM da-
mus: Qui tamen sortitò hæc accipis, la-
horiosæ felicitatis omen accipere te memento;
nam cum Victore quis Hercules se componat?
Age numeremus Magni Herois Labores. I. Di-
gitos articulatim elidendos sine gemitu præ-
buit. II. In Fornace accensa triduum desedit. III.
Carnes veneno adipatas concoxit. IV. Nervos
distendi solisque compagem corporis ridens
tulit. V. Oleum feruefactum eod. quo gelidam
vultu hausit. VI. Suspensus facibus ardentibus
vstulatus est. VII. Venenum aceto temperatum
pro melle bibit. VIII. Configendam vtriusque
oculi pupillam obtulit. IX. Pedibus attractus
prono capite triduum pependit. X. cum deglu-
beretur, Tyranno tamen insultavit. Hæc inui-
ctâ patientiâ perpeffo quid mirum est bislenos
Angelos cælo coronam attulisse, & minorem
insuper alteram pro CORONA militari fœmina,
quæ sic excarnificatû felicem tamen beatumq;
ausa dicere digna Deo visa est, quæ non agones
tantû illius, sed præmia etiam aspiceret. Annum
Coniugij alterum, vitæ decimum sextû agebat,
quo propius miraculo fuit non trepidasse, cum
bina palmarû cacumina ad terram ingenti de-
pressa nisu cerneret, quæ à se inuicem iterû dis-
cessura mediâ distraherent. Alligari tamé se su-
stinuit, & lacerato corpore integrû animû cælo
intulit: VICTOR gladio cæs⁹ eâ secut⁹ est. sic olim
ad astra itû. Nunc Coronæ vilius veneunt. Nullæ
nos palmæ distrahunt; animû à Mundo auelle,
Coronâ spondeo, & Victoriæ appellabo. *Ex SUT.*



Noli vitæ huius felicitatem pravis hominibus invidere, sed condole: Imo quia ipsi non dolent, potius ingemisce: Qui nimirum velut bruta animalia ad macellum edendo properant, & ad gladium lasciuiendo festinant. *S. Pet. D. 1. lib. 8. ep. 6.*

Alacritas in Diuino seruitio.

Pro illustribus & Generosis.

XV. MAII.

Iterum triumphantem Adoleſcentiã dante
 ne quis magnam virtutem annis metiati
 Imperante Decio, Lampſaci, in ipſa turpitu
 nis patria, PETRUS Adoleſcens adorare Venerẽ
 iuſſus; Ego illam, inquit, cuius vita perpetuo
 probrum fuit? quæ ex Lupa facta Dea eſt, neq
 aliã gratiã templis à vobis recepta eſt, quã
 quòd omnium mortalium inuerecundiſſim
 peccãrit? Huius dicti libertatem PETRUS in ro
 iuſſus luere, omnibus contractis offibus, n
 vultum nec animum mutauit; donec glad
 eius patientia finita eſt. Troadem deinde prop
 ranti Proconſuli Nicomachus audacior quã
 fortior ſuam in Chriſtum fidem iactauit, ſe
 ſublimis abreptus tormenta non tulit, turpiſc
 transfuga, eiurato Chriſto, vix horulam ſupe
 uixit, qua in rabiem actus cõmanſam dentib
 linguam cum infelici anima euotauit. Eius cã
 ſum miſerata Dionyſia ſedecim annos nata ill
 ſo ad quæſtionem, deinde ad lupanar abripitur
 ſed eam Andreas & Paulus adoleſcentes Chri
 ſtiani, & vtroque fortior cæleſtis genius mul
 circumfuſus luce à vi tutati ſunt; illis proſtridi
 lapidum iactu obrutis, inuidit Dionyſia tan
 ſuauem ſub hæc grandine mortem, inque me
 diam ſe procellam inferens ſuosq; amplexa ſer
 natores, popularis inſaniæ reliquias exhausti
 Vixit tamẽ etiam cum detonuiffet, & vltimum
 gladio ſpiritum impendit. Sed nimirum ſaxa &
 ſanguinem loquimur: Beatiuli noſtri ire ad cæ
 lam viã lacteã & calcare roſas volunt. *Ex SANCTO*



Eant nunc luxuriz dediti, & ad propriæ car-
 dis arbitrium viuant, vt animâ postmodum &
 carne simul intereant: nunc medullas munda-
 nâ dulcedinis sorbeant, vt repleti tunc perpetui
 cruciatus absinthio totis visceribus amarescât.
S. P. Dam. lib 7. ep. 19.

Fuga suspectarum familiaritatum.

Pro abusu Chorearum tollendo.

Nisi frontem vnà cū oculis amisit impro-
 bus Amor, erubescit ad infamiam faci-
 noris, quod ipso auctore, sub annum sex-
 centesimum, gestum est. Regebat eo tempore
 Hibernos rex barbarus, nulla re nisi amore o-
 diōque filiae nobilis. Viduatus coniuge filiam in
 thorum pellexit, eā quidem formā, cui compa-
 rari eo auro nulla poterat, sed ijs moribus, vt nō
 modo incestūs amores abominaretur; sed prae-
 ter Deum nubere omnino nemini in animum
 induceret. Vim tamen verita ab insano amato-
 re, cum Gereberno sacerdote fugam ultra mare
 cepisset & in agro Antuerpiensi sanctiorib. se-
 curis addidit. Pater eod. paulo post appulsus, cū
 illa ipsa imagine signatum argentiū exponeret,
 qua obsonator filiae hospici satisfecerat, eiusdem
 iudicio filia prodita est. Feeda omnia sunt, quae
 deinde procus dixit, vel carnifex fecit; malum
 tamen spectare sanguinem, quam audire verba
 improba & lenonia; quibus cum nihil mouere-
 tur, Gerebernus primū Tutor pudicitiae illius,
 ferro obruncatus est; Virgo deinde Parentis en-
 se cecidit nobilissima castitatis victima. Funus
 caelum curauit, neque pūduit Angelos vespillo-
 num officium occupare, allatis ē candido mar-
 more urnis. Virginis honori hoc ampliū datū,
 vt nomen eius gemmae Angelus inscriberet; eo
 argumento agnouit posteritas DYMENAM VO-
 catam fuisse. Ite nunc Alexandri, & manus qui-
 bus pingi fingique velitis quaerite: Castitas ca-
 latores Angelos habet, & tamē, heu, quam pauci
 ei cupiunt hoc calculo notari! *Ex Syria.*

Fugate partes aduersa



S. VBALDVS . EPIS .

Obediamus Christo, & silentium fratrum
morsus, verbera, onera, pietatis Virtute porte-
mus: vt & fratres nostros liberemus à pœna, &
patientix præmium cõsequamur: nec dedigno-
tur seruis hoc accipere à conseruis, quod Do-
minus à seruis & pro seruis dignanter accepit;
S. P. Chrysol. s. 28.

Remissio iniuriarum,
Pro inimicis nostris.

VBALDVS Infulam vnā alteramque fugā
 declinauit, tertiam eāque Eugubij in pa-
 tria non potuit effugere, Summi Pont.
 auctoritate captus. Geminis cœcis cūm oculos
 restituisset, tertium idem roganti, docuit li-
 benter oculis carere, qui animum excœcaturi
 essent. Hostes innumeros patriam obsidentes
 omnes egit in fugam, cūm vnicum ipse signum
 Crucis explicasset. Pacis ingeniosissimus artifex,
 contra iniurias cautes inexpugnabilis fuit. Sed
 vtriusque documentum cape. Scissa in factiones
 geminas Vrbs pugnabat in viscera sua. Adest
 VBALDVS medius inter saxorum & telorum
 ictus. cadit deinde. Hic verò omnes arma abij-
 cere, damnare discordiam, quæ paricidas Ciues
 fecisset. Tum denique à piè simulata morte sur-
 gere VBALDVS & partem vnius eaque iudicis
 morte pacem ciuibus gratulari. Vltimæ sortis
 homo & vnico suo cœmento memorandus
 Pontificem in calcis serobem deiecerat, nō tam
 cœno quàm ignominiā aspersum. Illicet amici
 Ciuesque icelus vrbe exigere, & ipsas improbi
 domini ædes velle demōliri. At aiebat VBALDVS
 grauiori supplicio vindictæ litandum. Se se vin-
 dicem sui exemplū editurum, quod vrbs, quod
 orbis miraretur. Interea pro tribunali sedet.
 adest reus vel se iudice nullā non morte dignus.
 Ergo sententiā profert VBALDVS & inaudito
 supplicio reū damnat AD OSCVLVM. Non mul-
 to sanguine, ais, se vindicauit, sed certè, vt non
 nemo inquit, rubore multo. *Ex Bren. Rom. Pct.
 de Nat. & Syrio.*



S. TORPES MART.

Quatuor sunt, quorum in hac Vita obsequijs
deservimus: Caro, Mundus, Diabolus, Deus. Ca-
ro largitur servitoribus suis momentaneam vo-
luptatem: Mundus transitoriam sublimitatem;
Diabolus perpetuam captivitatem; Deus inter-
minabilem felicitatem. *S. Bern s. 3. Epiph.*
Fuga Mundi.

Pro Aulicis.

R Aram autem vides & albo simillimæ cœ-
 uo, Aulicum inquam pium ex aula Ne-
 ronis impij. **TORPES** est D. Paulo familia-
 ris & in fide, quemadmodum fertur, Angeli di-
 scipulus. Hic Tyranni æmulam cælo machinã,
 & quã ille mortalibus velut alter in terris Iupi-
 ter illudebat, solis precibus destruxit, fluminẽq;
 cælos vanissimos & Orco merfit. Illicet Nero Iu-
 piter hoc damno multatus grauiter detonuit,
 omnibûsque pœnis in **TORPETEM** fulminauit,
 sed ex pelui. Nam alapam primò Sabellici Iudi-
 eis generosè deuorauit. Columnæ deinde alliga-
 tus tortûsq; crudeliter, Samson ipsissimus fuit.
 Quid? quòd corruens eolumna exitium attulit
 Sabellico, saluo & incolumi nostro Samsonẽ.
 Ergo Siluius Sabellici filius heresque idẽ crude-
 litatis rotæ radijs lacerandum illigauit, bestijs
 obiecit, semper illæsum. quæ res Euellio consilia-
 rio Imperatoris persuasit, vt sibi consuleret fi-
 demque Christi amplecteretur tot miraculis
 probatam. Ambo itaque cæsi securi sunt. Porro
TORPETIS corpus fatiscenti nauiculæ impositû,
 additûsque Gallus & canis, vt illud vel his, ve-
 lum his piscibus foret esca. Sed Angelo remige
 in Hispaniam appulsum excepit Celerina hone-
 stissima matrona non aliter quàm opes ex diui-
 tẽ India appulsa, tumuloque augustissimo do-
 nauit. Addidit deinde pietas Christiana templû.
 Nam cælum nuper iam Superi dederant, ex quo
 ille hodie etiam ridet mimicum Neronis cælû.
Ex Bar. Pet. de Nat. & 10. C. ant. lect. Cap.



Paratus est Deus & cadentem suscipere & eripere fugientem ; vt videri possit relictis omnibus alijs ei soli operam dare : propterea expedit omni animæ Deum semper attendere tanquã proprium non modo adiutorem sed etiam inspectorem. *S. Bern. s. s. super Qui Hab.*
 Fiducia in Deo.

Pro Regibus Christianis.

Sveciæ Rex ERICVS Diuorum Regum imagines ante oculos suos velut speculum posuit, ipse Regum oculis hodie proponendus. Patriæ & pauperum præcipuè pater, libidinis æstus glaciali aqua suffocauit. Multæ pecuniariæ tertiam partem quamuis vltro oblatam noluit tamen ærario inferri, ne, quod amat fieri, sibi potius consalere quàm iustitiæ videretur. Bella gerebat non tam vt suum, quàm vt Christi regnũ amplificaret. Itaque cum Finlandiæ fidem Victor intulisset, cæsis hostibus lacrimis fertur parentasse, quòd victis aliter via ad salutem non potuisset sierni, quàm per sociorũ stragem. Sed vide obfirmatum ad diuina animum. Sacrificanti aderat die Christo triumphanti sacro. Interea cum omnibus copijs imminet Henricus Suenonis Filius Daniæ Regis. Arma cõclamant alij, & siue pugnæ Ducem, siue fugæ Regem exposcunt. At hic, *finite, inquit me litare. reliquum obsequij alibi DEO persoluemus, Præana in calis cantaturi.* Itaque sacris ad finem pertinax immoratur. Tum demum cruce frontem armatus aciem subit & pugnam, Numineque ita volente, cadit etiam. Cæterum quo loco sanguinem fudit, fons continuò exortus aquas fudit passim agris salutare. Illud penè excidit: Cilicinum eius thoracem asseruari regij sanguinis purpuræ etiam hodie rubentem, loricam, qualem hodie in Principum armamentarijs rarò videt.

deas. Ex Vite Aquilonia Ioannis

Vastonij.



Non memini me legisse mala morte mor-
 tum, qui libenter opera charitatis exercuit:
 Habet enim multos intercessores, & impossi-
 bile est multorum preces non exaudiri. *S. Hier.*
Ep. ad Nepos.

Patrocinium Pauperum.

Pro Iudicibus & Aduocatis.

Hic ille inter Iurifconsultos Phœnix, *ſive* est, Pauperum Aduocatus. His ille linguam suam non vendere, sed eorum causam beneficijs sibi emere. Hinc quotidie hospitio eos suscipere, pedibus aquam affundere, mensæ suæ conuiuas adhibere; de victu ac vestitu quò illis adderet, sibi demere, & ne deessent, qui patrem vocarent, binos coniuges una cum I V. liberis domi suæ in I X. annuualere: vt planè penum I VONIS pauperum posses sinum appellare. Ipse interim tam in se durus quàm in alios benignus, corpus cilicio affligere, somnum humi capere, inter preces septem ipsos dies sine cibo persistere, ieiunia legibus Christianis imperata pane & aquâ transigere. Talis igitur Aduocatus quid mirum sè orationi suæ semper Cælites habuit fauentes? Hi certè panem, qui vnus suppetebat, in pauperes dispensanti, tres alios submittere: hi ex crescere sæpe stipem exiguam fecerunt, vt bene multis sufficeret. Ipse CHRISTVS mendicam præferens mensæ illius (Superi, qualis hospes!) affidere & abiturus bene precari voluit. Inde ille iam medicus etiã omnes passim morbos pellere, flammæ precibus extinguere, Crucis signo per aquas sibi viam facere, demum fati sui nõ ignarus stramentis incubare & morienti, quem manu tenebat, CHRISTO immori, vt ante hominum semper, ita etiam tunc ante DEI tribunal victor. Tam bona, ô Iuriconsulti, pauperum est caus.

ſa! Ex Suetio.



In nobis pro medulo nostro pennæ sunt in-
 qua, virtutes scilicet spirituales, quib. si viriliter
 utimur, ad cælestia subleuamur; sin autem ex
 desidiaz torpore deponimus, necesse est, vt in
 surripientium vitiorum profunda mergamur.
S. Pet. Dam. lib. 2 Ep. 18.

Eleuatio mentis in Deum.

Pro conuersione Angliæ,

INter Angelos, quos Anglia genuit, etiam
 DVNSTANVM numerat, cui serū fuit, miracula
 in cunis inchoare; nosci prius, quàm nasci
 voluit. Mater eo grauidā Purificatæ Virginis die
 Numini supplicabat: cùm repente extinctis oc-
 culta vi templi facibus tota vrbs cohorrui-
 t, paulo pòst diuinior ignis rectà ad Dunstani pa-
 rentem delapsus eius cereū accendit, vnde reli-
 qui lumen mutuati Matrem noui sideris con-
 salutarunt. Confirmavit postea omen Angelus,
 qui delatum in templum puellum ad omnes A-
 ras circumduxit, futurum pollicitus vti eius o-
 pera Religio refloresceret. Has spes paulo pòst
 morbus labefactauit, adstabant amici animam
 agenti, cùm ille repente lectulo exiliens, ad tem-
 plum intempesta nocte properauit. Eam pieta-
 tem cū Stygij canes allatrarent, puer audaciam
 Cerberorum virgulâ compescuit, templo exclu-
 sum Angeli ad aram subuexerunt, vbi postridie
 sopitum familiares reperere. Hæc præludia fue-
 re crescentium cum ætate virtutū, quarum reli-
 quas vsu, Castitatem etiam voto firmavit, quæ
 illū Reginæ Virginum ita conciliauit, vt eidem
 iam Episcopo cū Choro Virginum obuiam pro-
 cesserit. Iam ipse Dei filius Dunstani acta proba-
 uit. Nam cū eius de Monachis in Canonicorum
 locū sufficiens sanctioni intercederetur, Cru-
 cifixi Imago palâm hanc vocē misit: Non fiet;
 Iudicatis bene, mutaretis nō bene. Ad cælū vo-
 catus negauit, se, nisi populum allocutus esset,
 iturū. Idcirco rapi eum necesse fuit; Tertium cer-
 tē cū lectulo in altum subuolauit. Tanta est Bo-
 ni Viri in cælo expectatio. *Ex Surtio.*



Christum tanquã signaculum in corde nostro debemus imprimere, vt nulla hoc valeat hostilis irruptio violare: Christum etiam operibus nostris debemus insculpere, vt per omne, quod agimus, Crucifixi nos Præceptoris discipulos demonstremus. S. Pet. Dam. serm. 67.

Desiderium in spiritu & literis proficiendi.
Pro pauperibus Studiosis.

VNicū modestiæ miraculū PETRVM CAS-
 LESTINVM vides, qui exemplo ante hæc
 inuiso, postea nunquā repetito, summo se
 Pontificatu sponte abdicauit, immortali memo-
 ria dignus, etsi eo facinore solo inclaruisset: sed
 idem tenor totius vitæ fuit, cuius quia partem
 longè maximā in locis solis exegit, non reuoca-
 bimus ad illam normā mores delicatæ iuuen-
 tutis, contenti si se cum puero patiantur com-
 poni. simul ac fari potuit, illud aureum matri
 promissū inculcabat, *Volo esse Bonus Seruus Dei;*
 quod ipsum mater iam tū spe præceperat, cum
 in recens nato multa Religiosi insignia depre-
 hendiſſet. Ergo quantumuis arctis domi rebus,
 in ludū cum literariū misit, patre nuper mor-
 tuo consiliū de cælo probante, vt totius terra-
 rum orbis bono susceptum. Incidère tamen re-
 moræ permultæ, quib. omnibus perruptis ma-
 ter in filioli oraculo acquieuit, tum quidē con-
 stantissimè, cum pædagogum discenti se Chri-
 stus offerret, visus nonnunquam de Cruce ad
 eum descendere; vt mirandum non sit, Ange-
 los eam operam non dedignatos; & hi quidem
 etiam morū ab eo rationem exigebant, nunquā
 impune delinquere eū passi. Iam Virgo Dei para-
 curam valetudinis eius egit, & altero oculo lip-
 pientem recreauit. In hoc contubernio educa-
 tus homines penitus deseruit, vno eiusdē pro-
 positi socio comitatus, cui tamen constantia
 defuit; Petri studijs Angeli applauserunt,
 quos hodie rarius audimus, quia aures nostræ
 Sirenū sibilis occupatæ Angelis non pa-
 rent. *Ex Suetio*



Quid amabilius verecundo Adolescente? quàm
 pulchra hæc gemma morum in vita & vultu
 Illius? quàm vera & minimè dubia bonæ nun-
 oia spei, bonæ indolis index? Quid ita turpilo-
 qui & omnis turpitudinis fugitans? soror con-
 cinentiæ est. *S. Bern f. 86. in Cart.*

Verecundia.

Pro miscencibus turpia colloquia

BERNARDINO Puero aras extruere, quæ ad
 populum dici pro concione audierat, ad
 pueros dicere, ludus erat. qualem nunc
 serium putas fuisse? Verecundiâ tantâ fuit, vt
 cum inimicæ castis auribus voces baccharen-
 tur, ad quamcunque coronam accederet, illud
 statim audiretur: *missa isthæc nunc facite; siqui-
 dem BERNARDINVS adest.* Tantum a-
 pud viros potest puer verecundus! Certè puer
 eiusmodi verba prætextata in viro alapâ casti-
 gavit, docuitque frontem affrontem vel inui-
 tam erubescere: in alium eiusdem culpæ reum
 totum pueros globum coëgit, qui lapidi-
 bus scelus vrbe prosciberent. Fæminas verò
 ex animo omnes præter MARIAM deleuerat.
 Hanc vnâ ille vnice amare, ad huius effigiem
 pro porta vrbis vigilantem quotidie in genua
 accidere; iridente necquicquam proteruiore
 pueritiâ, cum VIAGO arideret. Iam vbi inter
 discipulos Magni Francisci annumeratus est,
 ea fuit dicentis pro virtutibus contra vitia li-
 bertas, is ardor, vt ad eum aleas flammis vstu-
 landas omnis vrbs comportaret; adeò vt illi,
 qui his conficiendis vitam sustentarat, vltima
 paupertas immineret, nisi eidem autor BER-
 NARDINVS fuisset nomen IESV deinceps
 tabellis insculpendi. quo factum breui est, vt
 dicesceret etiam. Ipse Diuus cum de nomine
 IESV sæpe sæpius diceret, supra caput suum id
 ipsum quandoq; conspicuû habuit Sole splen-
 didius. Superi! quis vnquam clarior ex-
 titit concionator? Ex



Si voci Dei tui præparas aurem interiorem,
 fuge curam exteriorem, vt expedito & vacante
 interno sensu dicas cum Samuele, *Loquere
 Domine, quia audit seruus tuus.* Vox hæc non
 sonat in foro, nec auditur in publico; secretum
 consilium secretum querit auditum. *S. Bern.
 Ep. 107.*

Exploratio Vocationis diuinæ.
 Pro deliberantibus de statu vitæ.

Purpuratū è Regia Francica Magistrum dā-
 bimus stantibus in biuio, & de diuinitatis
 erga se consilio incertis. AVSTREGISILVS is
 est, qui à parentib. ad curā posteritatis impulsus,
 post longā frustrationem, trium Dynastiarum
 nomina totidē membranis inscripta aræ impo-
 suit, ad quā trinoctio peruigilaturū se spon-
 dit, eum deinde socerum optaturus, cuius sibi
 nomen sortitō obtigisset. Verū altera ei nocte
 somnus obrepit, sed qualis esse solet diuina pa-
 tientiuū: Videre enim sibi visus est Cælitēs duos
 de suo cū Iusti Iudicis Filia cōiugio colloquen-
 tes. Eum Iudicem dum vigil postea inquiri, vo-
 cari ad sacerdotium se curāmq; Ecclesiæ intel-
 ligit, quæ scilicet ipsissima Iusti Iudicis Filia est.
 Neque displicebat conditio à re vxoria abhor-
 renti iniecta tamen, mali dæmonis inuidiā, ali-
 quantilla properanti mora est: Betellinus quidā
 repetundarum postulatus Austregisili nomen
 apud Guntramū Regem detulit, calumniā tam
 speciosā, vt duello purganda fuerit. Ad id di-
 uersis se luctatores studijs præparabant. Austre-
 gisilus placare precib. Numen, argentū omne in
 pauperes effundere, suis se virtutib. magis, quā
 armis inuoluere. Calumniator generosissimo
 confusus equo, dū diuina vi obtorpescentē fodis
 calcarib., ab eodē efferato effusus animā exha-
 lauit. Nemo dubitauit Austregisilo eum pœnas
 dedisse; qui ea cura liber, sponsæ suæ (Bituricēsis
 Ecclesia fuit) ex voto Episcopus obtigit. Pro dote
 cælū accepit. A. DC XI. nobis quoque apertū, vt
 exemplo eius nō tam Diu, quā cū Deo delibe-
 rauimus, quod statuendū est semel. *Ex Suetonio*

Regina MRA cali.



S. HOSPITIVS CONE:

Perpende, quia caro, quæ nunc accuratis dapibus nutritur, paulo post vermibus scaterere compellitur, ipsaque tunc fit esca rodentium, quæ nunc saginatur iucunditate ciborum, at tantò graviores exhalat putrefacta foetores, quantò suaviorè sibi procuravit educata molitiam. *S. Pet. Dam l. 7. ep. 19.*

Moderatio victus.

Pro deliciarum sectatoribus;

HOSPITIUM qui vidisset, omnib. coopertū
 sceleribus crederet; qui nōsset, simula-
 chrum esse virtutis pronunciarēt. Tanti
 est, Bonum virū ex cultu corporis, an animi æ-
 stimes. Apud Nicensem Gallorum urbem alta
 abditus turri onustus ferro omnique reorum
 squalore deformis, raro cum hominib. conuer-
 cio, cū Superis æterno agebat, quibus moenti-
 bus, iratum Gallis Numen & Langobardorum
 irruptione scelera vindicanda esse intellexit. A-
 lijs autor fugæ factus ipse ergastulo nō excessit,
 & barbaris per urbem grassantibus in conspe-
 ctum se dedit: Ij pro malefico habitū ad eadem
 deposcunt; iamq; ferrum supra caput erat, cū
 repentē percussoris brachiū obriguit, quod Ho-
 SPITIVS, signo Crucis cōtrā edito correxit. Secu-
 ta inde viri æstimatio, hausta ab eo præcepta sa-
 lutis, quæ qui in aures duntaxat admisere, diro
 omnes lethi genere periere. Ultimo ante mortē
 triduo demi sibi vincula passus est: quem cū
 toto corpore à vermib. depassū non nemo mi-
 seraretur, negavit illos sibi cōvitiās graues fuis-
 se; eorum morsuunculis excitatum se ad aman-
 dum Deū, non debuisse suis monitorib. cibum
 inuidere. Simul tamē atq; beatum cælo spiritū
 reddidit, totū examē disparuit, mirā erga mor-
 tuum reuerentiā, vt appareret, in viuū ex eius-
 dē imperio peccasse. Sed cōdonemus hoc morti-
 ius, & tanta nutritū cura corpus cedat in ver-
 mium potestatem: illum vermem time, qui in
 animo nidulatur, & inter æternas flāmas, om-
 ni Salamandra viuacior nunquam moritur.

Ex Greg. Turon.

Qui bibent **MRA** adhuc sicient



Quid faciemus sub æterni iudicis maiestate?
quæ nobis subuentura est pœnitentia, quam in
hac carne contempnimus? quæ nos defensura
sunt opera bona, quæ in vita non egimus? ad
quos sanctos confugiemus, quorum exempla
simul & verba despeximus? *S. Pet. Dam. lib. 1.
Ep. 6.*

Ardor pro Christo patiendi.
Pro Captiuis Christianis inter Turcas.

L Atuit subinde etiam sub militari sago magna virtus, & castra theatrum præbuerunt Christianæ sanctitati. — Nunc BASILISCVI inde producimus plurimum palmarum militem quem afflictura mœrore ferunt, quod accipitis pro Maximiano impio Cæsare vulneribus guttam sanguinis pro Christo nullam fudisset cum tamen Theodorum Martyrem proxima necessitudine contingeret, cuius pro fide præliconvitiū suæ ignaviæ facerent; utique, si virtuti suæ Christus consideret, eius experimentum pridem capturum fuisse. Rarò ita cum Superiori exoptulatum est; neq; sustinuit cæli Imperator tam pia militis sui desideria perire; vltro eum allocutione dignatus memorem esse voti sui iussit, & dignos tanta sponione animos afferre in imminens pugnam; cuius ei copiam Agrippa impius Prætor fecit, qui ferro soleatum, clavis plantam penetrantibus, cursu nihilominus æquare citatam quadrigam coegit. Subinde à Traiana hospitio acceptus aridæ arbori, sub qua recubuerat, vitam reddidit frondésque; credone capiti coronæ deessent: fons etiam ad pedes Martyris scaturijt, hanc vicem reddente terrâ, cum sanguinem eius bibisset: eo prodigio non sitis tantum comitū eius, sed perfidia etiam extincta est. Paulo post etiam alteri Elemento imperavit, deuocat eoque de cælo igne Deorum delubrum exussit, ipse capite imminutus & in proximum flumen sparsus, maximo & vltimo miraculo nihilominus ad Beatitatis littus enatauit. *Ex Menais*



S. BOBO CONFESSOR.

Confirma amicitiam cum SS. Angelis; intra in
 civitatem Dei: Apostolis Martyribusque socia-
 re; unde illi gaudent, inde gaudeo. Horum di-
 vitias concupiscito, & per bonam æmulationem
 illorum suffragia ambito: cum quibus enim fue-
 rit consortium devotionis, erit & communio
 dignitatis. *S. Leo s. s. de Epiph.*

Familiaris recursus ad Cælites,
 Pro Ducibus belli.

XXIII. MAII.

Quo tempore Mauri Hispaniâ potiti Galliam etiam Narbonensem mali vicini terrebant, fuit BOBO noster patriæ suæ propugnaculi instar, homo nobilis cætera & militaris, sed qui sub sago tegere sciret virtutem raram inter milites armaturam. Fortè hostis Fraxinetum insulam insederat & crebris inde excursibus multum rem Christianam vexabat. Hic BOBO Ducibus Apostolorum Petro ac Paulo spolia opima vouet, arma non hostis, sed sua. positurum se ista, nec Ducem iam militum, sed pupillorum patronam fore. ad hæc gratum se quotannis Romam iturum & liminibus victricibus osculum laturû. Annuere Diui & per quietem visi animos addiderunt BOBONI, ille mox militibus, quibuscum per medios hostium cuneos arcem ingressus non modo obsidione hanc liberavit, sed barbarû regem insulâ exiit, itaque terrorem à Gallia longè amouit. Et hic triumphus BOBONI de hostibus fuit; alter de ipso BOBONE. Fratricidæ obuius nutante aliquandiu in vindictam animi acie, sui tandem egregius victor spoliū ex inimici vultu osculū suspendit. Porro arma exiit & orphanorum iam Dux annis singulis pedes triumphū suum Romam duxit, dum ex itinere denique mortu⁹ in cæleste Capitolium est inuectus. Mortui tumulum quotquot animalia calcarunt, in vestigio mortua monuerunt incolas, vt eum cancellis à profana terra secernerent & templo honorarent. Oïa denique Ticinum translata memorant, pompæque, quò augustior hæc foret, lumina è cælo & stellam adfuisse. *Ex Ferrar.*



Qui non potest sanguinem fundere, potest
 semetipsum poenitentiae telo percutere, & in
 cordis contritione mactare. Praeparatur, ad fe-
 riendum, iugulum, non deerit remunerator, et si
 defuerit gladius. Deest carnifex, qui cervicem
 exterius feriat, adest iudex, qui bonae voluntatis
 praemium reddat. *S. Pet. Dam. f. 65.*

Contemptus sui.

Pro Superbis & arrogantibus.

Hominem celestem, an terrestrem Ange-
 lum SIMEONEM malis dicere, tanto ma-
 gis dubitabis, quāto rectius noueris. Vo-
 sis parentum concessu, futurę sanctitatis vaten-
 Chisti Antambulonem Ioannem habuit, cu-
 ne quid in victus parsimonia concederet, ieiun-
 tia in cunis inchoauit, leuo matris vberē, velu-
 oquinis causā, semper abstinens. Sexto ætati
 anno ab hominum confortio in loca sola se-
 cessit, nūcquam tamen solus, cælitibus easdem
 cum eo casas habitantibus. Ex quo tempore in-
 commoda naturę vel non sensit, vel inuositatis
 fomentis sustentauit, necare, vel quocunq-
 nomine appellare lubet delicias diuinitatis, pa-
 stus. Ex isto in hunc modum sexennio in Cœ-
 lestium immigrauit, magnā Religioſę vitę cō-
 mendatione, quam Angelorum contubernio
 eo factō videbatur antetulisse. Sed nimirum il-
 lic quoque Angelos reperit, haustāque eorum
 vsu innocentiam magnis prodigijs affirmauit,
 vt, cum Leopardū pro fele domestico circum-
 duxit, aut cum ad eius imperium Leo puerum
 à comitibus desertum tergo ad socios subuexit,
 quę Magistro SIMEONIS ansam præbuere, eum
 ad perpetuam in Columnis stationem inuitan-
 di. Paruit SIMEON, atque corpore iuxta animo-
 que supra terram eminens, ex communi illius
 æui sensu Columna fuit sustentans orbem ter-
 rarum. Nos cum hæreamus in luto, digito ta-
 men paramus cælum contingere. *Ex Menan &
 Enagrie.*

Desiderium colli: um aeternorum.



Solenter animus ante actionis suae primordia
 cuncta debet aduersa meditari, ut semper hæc
 cogitans semper contra hæc thorace patientiæ
 munitus, & quidquid acciderit, superet, & quid-
 quid non accesserit, lucrum putet. S. Greg. s.
 Mor. c. 33.

Refrenatio Iræ.

Pro maledicis & dira imprecantibus.

ZENOBI pueritiã viuam Honestatis Im-
 ginem dicas, in qua neq; Dei oculus quid-
 quam reprehenderet: Nullus ei v. quam
 cachinnus, nullũ verbũ insolens excidit; nequ-
 cam venustatem insequens ætas violauit, quin
 corroborauit veriũs, vt præ etiam sanctitatis
 Antistites Damasus, Ambrosius, Paulinusq. ZE-
 NOBIVM suspicerent. Mirandum eius operum
 hoc luuentũ specimen habeat. Florentiæ, quæ
 ZENOBI patria & Pontificalis sedes fuit, fratres
 gemini e flore nobilitatis parentum indulgentiã
 corrupti in proteruiam, occalluerant ad sera
 matris imperia, nõ atrociam tantũ dicta sed cal-
 ces etiã ingerere bene monenti ausi; qua impie-
 tate exasperata vltra maternum morem mulier
 dira imprecatione Furias in filiorum caput in-
 citauit. Valere vota: Degneres illi extemplo
 infernis obsideri laruis, & impias manus à Ma-
 tre in sese vertere, laniare ora mordicus, & ca-
 nino inuicem duello grassari. Fœditas spectacu-
 li parentis iram misericordiã mutauit, lamen-
 tantis tantum precibus fuisse pondus; Nulla e-
 rat nisi in ZENOBI pietate spes, qui Horas duas
 affusus Cruci furentes absoluit. Idem beneficiũ
 A. CDXXIV. cælo receptus in ægrum repetiuit,
 sed eo longe digniorem. Mater nocturnis eius
 obsaturata querelis potum identidẽ flagitanti
 demonem simili voto propinauit, sed ZENO-
 BIVS pepulit; vtinam & fœdum morem vocan-
 tium tam immanes hospites, quasi non inuo-
 cati in nos irruerent. *Ex Suetio.*



Nemo diffidat, nemo veterum confocius peccatorum præmia diuina desperet: nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris mutare delictum. *S. Aug ps. 50.*

Emendatio vitæ.

Pro obstinatis in malo.

Agite Mortales & vel latronem Ducem ad
 cælum sequimini. **MURTIVS** hic est, qui in
 apparatu compilandi sacri Parthenonis
 somno oppressus rapi ad diuinum tribunal sibi
 visus supplicia suis facinoribus parata intellexit,
 nisi celeri pœnitentia ipse sibi ius dixisset. **MUR-
 ZIVS** rectâ ad sacratos profectus viros animæ
 vulnerum medicinam eos poposcit. Tres pri-
 mùm ex odis Daudicis Strophæ ei præscriptæ;
 quam ad amissum cùm vitam exigeret, Superi
 postea eius erudiendi provinciam sibi depopos-
 cerunt. In eorum contubernio expolitus scho-
 lam denique aperuit ex Latrone Magister factus
 virtutis. Eum sol reueritus est inaudito post Io-
 sue factum exemplo, ita cursum moderans, vt
 non antè occumberet, quàm ille tugurio disci-
 puli successisset; quem præter spem defunctum
 cùm inuenisset, rogauit familiariter, an redire
 in vitam vellet. Abnuentem valere iussit, & tu-
 mulo composuit; quod ille officium tam studio-
 sè suis impendit, vt non nemo è sepulchro par-
 cere cum sumptui operæque iusserit. Alteri ad
 mortem imparato vitæ triennium impetrauit.
 Ne curâ corporis à Deo auocaretur, mensam il-
 li Dominicis diebus Angelus instruxit, cæteros
 impransus & incœnatus egit. Hunc tamen tam
 vicinum cælo auocare ad nescio quos Pharaonis
 thesauros *Dæmon* institit. Sed ille Nilum
 calcare solitus, & clausis foribus, quoquo libuis-
 set, penetrare, viam denique etiam ad Cælites
 reperit, violentus scilicet homo, atque vti olim
 ædibus ita cælo quoque vim facturus, nisi spon-
 se patuisset. *Ex Vit. PP.*



Par est; ut quisque nostrum non minus gra-
 tias agat Christo, quàm si ob ipsum solum ad-
 uenisset; neq; enim recusaturus erat. vel ob vnũ
 solum tantam exhibere misericordiam; adeò
 singulos homines pari charitatis mensura dili-
 git, qua diligit orbem vniuersum. *S. Chrys. in c. 2.
 ad Galat.*

Zelus discretus.

Pro Concionatoribus & Confessarijs.

Non est cordi Deo rigida Pietas, & Iustitia
 Misericordiae oleo non temperata. id
 CARPVS te docebit, qui à Paulo Aposto-
 lo Christiana Philosophia imbutus huius tam
 præclari & necessarii Axiomatis aliquando vi-
 sus est obliuisci: Competerat Christianæ militiæ
 tironem ad deserenda Crucis signa à Dæmonis
 cultore esse inductum, qua iniuria ad Deum
 Opt. Max. pertinente ita est exacerbatus, vt im-
 pia ex æquo capita Orco deuouerit, quòd me-
 diocri supplicio nullo vindicari posse scelus ma-
 nifestarium & vltimæ perfidiæ persuasum ha-
 beret: & verò gestiebat animo, cum dehiscente
 sub vtriusque pedibus terrâ, inferni ignis fumû
 ferri in ora, ipsosque stantes in præcipitiõ simi-
 les ruituris aspiceret, impulsurus etiam, si copia
 fuisset. Subinde etiam aperiri cælum, & Serua-
 tor generis humani offerre se cõspicuum, hor-
 tarique CARPVM, si ita ei videretur, ageret mise-
 ros illos præcipientes, pro quibus ipse sanguinem
 suum fudisset. Sibi quidem tanto pretio avertos
 in libertatem certum esse non deserere, & por-
 rigere manum velle perituris: quin adeo, si ne-
 cesse foret, non detrectaturum redire ad initiũ
 miseriarum, quibus in Cruce moriens finem
 imposuisset. Plura dici necesse non fuit. Tam
 mellea verba CARPO hilem absterferunt: & ni-
 mirum hodie quoque animorum æstus & in-
 consulta odia deferuescerent, si in sangui-
 ne Christi intingerentur. *Ex Dion.*

Areop. In Patrico.



Non est iniustus Deus, ut obliuiscatur operis boni: uiuit apud eum memoria beneficij semel accepti. Beatus, apud quem Deus uel semel requiem inuenerit; in cuius tabernaculo uel hora una requieuerit. *Guerric. s. 3. de Ass. B. M. V.*

Teneritudo Conscientiæ.

Pro ignaris rerum cœlestium.

ROMANA nata RESISTIVA, denata SOROR nobi-
 les natales nobilissimâ morte illustra-
 uit. Nubilis domi tamen clausa egit, &
 formam, qua passim iuventus nobilis deperi-
 bat, velut ignem custodijt, non iam Vestæ sed
 Christi Virgo. Huius illa vnus thalamum suspi-
 rabat & aliter etiam Nuptæ nomen refugie-
 bat. Interea inuidit DEO Sponsam suam, vt so-
 let, Orcus, adfuitque minas spirans & ignes. At
 RESISTIVA nuper iam boni Angeli aspectu ex-
 hilarata risit riualem deformem, & tam formi-
 dandum monstrum in fugam puella egit. Se-
 cundum hæc, Christo auctore, ædibus paternis
 excessit Virgo Soram abitura, nec tamen sine
 comite. Nam ad Lateranum Angelum inuenit,
 qui toto itinere latus euntis stipauit, dolentis
 credo cum urbem aspiceret, quod iter longius
 non fuisset. iam sub ingressum, ùm miraculo
 prædita esset (morbum nescio à quo remoue-
 rat) nobilem hospitem nobile hospitium car-
 cer Martyrum excepit, ita Agathio Procos. iu-
 bente. Exin Scorpionibus cæsa cecinit. VII. dies
 noctæque sine victu clausa cum Angelis vixit,
 oblita iam cibi, aspectu satiata. Denique capite
 vna cum Cyrillo Episcopo alijsq; truncata cæ-
 lum subijt, cum carceris custodes & adeo car-
 nifices miraculis captos eâdem viâ nuper
 iam præmisisset. Ex
 Ferrar.



Homo lenocinantem Mundi gloriam sub
 radicij sui calcibus deprimat, virorem carnis a-
 ridum iam pulverem credat, diem suæ voca-
 tionis tanquam speculum suis obtutibus sem-
 per anteponat, districtum ultimæ discussionis
 iudicium contremiscat. *S. Pet. Dam. l. 1. ep. 17.*

Memoria mortis.
 Pro Rege & Regno Galliarum.

GERMANO mors nondū nato, ab ipsa, quod abomineris, matre; nato ab auia propinata est. nihilominus inter domestica latrocinia adoleuit, veneno priore maternis visceribus, sine noxa fœtus, diffuso, altero ad auia filium delato, æquissimo sine dubio errore, vt, cui Germani hæreditas quærebatur, idem paratam innocenti pestē biberet. Germanū contrā Parisiensis mitra expectabat, & in omnes morbos ius, beneuolentiâ numinis maleficia mortaliū in eius gloriā vertente. Salua eius, vestium laci-
 nia, stramen, quod incubitū pressisset, vim medicam habuere. Hęc alexipharmaca etiam Reges ambiebant. Clotharius quod virū sanctum parum ciuili pro foribus morâ fatigasset, iniuriam febris luit, qua modestior factus postridie S. Viri palliolum osculis triuit, eoque intestinum ignem extinxit. Vnicam literulam chirographi eius delinxisse Monacho biennium ægro saluti fuit. Fugientem animā illustris fœmina filo de viri veste raptō retraxit. Alteri iam exanimi cū frigida vitam infudit. Vnica voce flamas sopiuit, Crucis signo compedes soluit, popalatores agrorum vrsos extinxit, totas Dæmonū cateruas fugauit. Et tamen hic morborum & ipsius adeo mortis triumphator obitus sui diem non animo modò sed oculis etiam ingerere non desistit; hoc ad lecti spondam epigramate affixo, V. KAL. IUNIAS: id quò spectaret non antè intellectum est, quàm eodem die octogenario proximus decederet. Tu, si sapis, ne incerta hora te mortis fallat.

Omne credo diē tibi diluxisse supremū. (Ex SUR.)



Frustra appellamur Christiani, si imitatores non sumus Christi, qui ideo se viam dixit esse, ut conuersatio Magistri forma esset Discipuli, & illam humilitatem eligeret seruus, quam se-
 quutus est Dominus. S. Leo S. S. de Nat. D.

Imitatio Christi,

Pro benefactoribus nostris.

Nobilitatem CONONIS inde æstimo, quod
 totis elementis imperavit. Nam & ru-
 entis fluuij impetum tam diu suspendit,
 dum homines otiosi transirent; & alias late
 campos inundantem ad modestiam reuocauit
 veteresque riparum leges. Sed adeste & paren-
 tes & filij, & officium vestrum discite. Ecce XII.
 annorum filium Pater secum ad Tyrannũ du-
 cit, idque orat, quod pauci orant parentes: *lice-
 ret secum mori filium videre, vel ante se etiam;
 suauē sibi fore etiam contra aliorum parentũ vo-
 ta filio oculos claudere. Sciret Iudex totum CO-
 NONEM non moriturum si in filio, hoc est in di-
 midio sui, viueret. Itaque simul filium neci daret,
 si totum occisum patrem vellet.* Nec verò non
 lubens comes iuerat ad mortem patri filius, &
 tique sic scipio fessæ & morientis ætatis. Sed &
 facili aures preces Tyrannus audiuit. Quare v-
 trumq; in craticulam abiicit igne subiecto for-
 midandam; in plumis diceret molliter decum-
 bere. Oleo bulliente à flammis perfundit; inungi
 ad luctam crederes. In succensam Fornacem im-
 mittit; ut inter hortus cum patre filius deam-
 bulat. Suspendit patrem, appendit dulcem ap-
 pendicem filium; flammam iterum subdit, ma-
 nus inuictas malleis frangit. Interea canere illis
 arrisit; vis nosse quam suauiter? non dubitauit
 vocem illis suam Angel⁹ iungere, quam ut pri-
 mum illi audierunt, non placuit iam n. orari in
 vita. illuc abierunt vbi canere Angelos nun-
 quam non audirent. *Ex Baren. & Pet.*

Arcus Fortium Superatus est. i. Reg. 2.

MRA



B ANDREAS DE CHIO. M.

In hac lacrymarum exulantes valle clame-
mus ad Virginem, quatenus agnoscat Mater Fi-
lios, libera captiuos; delicijs caelestibus impin-
guata famelicos, conuertat misericordes ob-
tutus suos ad miseros, & offensi Filij iustitiam
flectat ad gratiam. *S. Laur. Iust. S. de Aff. Ro*
M. V.

Deuota Nominis Deiparae inuocatio.

Pro Christianis inter Turcas.

XXIX. M A R T I I.

ANDREAM habes MARIAE, VI paucis diebus, Corculum. Iuuenis annos natus XXVII. cum febris astuaret, vouit, si VIRGO salutē donaret, sese ei iuicē castitatis florē donaturum Voti damnatus integritatis propositum palam candidā veste professus est, vt orbis sciret VIRGINIS eum candidatū esse, & vestium niues Virginis animi essent indices. Et quid ni sic candidatus Martyrum etiā honores prenferet? Enim uerō Constantine polim abiit eo ipso tempore, quo fidē Christi prodidit nescio quis philosophus. Quisquis fuerit, hoc etiā nomine indignus fuit. Certē potuit barbatus histrio à Iuene ANDREA discere, primū in Christiana philosophia dogma esse, Mortē pro Christo contemnerē. Captus enim blanditijs & aurea promissā risit. Sentiens uero impetum uelut cautes in mari fluctus excepit. IX omnino dies carnicina durauit. Inter quos potuere Mahumetani flagellis & uincis lacerare corpus, sed nō animū: locis suis artus eijcere distraherēque, sed non in suā sententiā trahere: gladijs humeros secare, mēbra singula per singulas carnicinas carne spoliare, sed non fide perinde ac cōstantiā ANDREAM, qui inter tot dolores oblitus tan ē dolorū, vnus MARIAE recordabatur, illud uerū semper in clamās: *MARIA iuua me, MARIA iuua me.* Et uerō iuuit illa, integrum quotidie corpus ad pugnā suggerens, nequaquam barbaris hoc medicinæ suæ ascribentibus. Domum omnibus cruciatibus superior capite minus est. Corpus templum MARIAE, animam quid ni sius MARIAE excepit? *Ex Sicut 10. 7.*

Auxilium in tempore oportuno.

MRA



S. ISAACIUS CONF

Cooperatores simus gratiæ Dei: non enim dormientibus prouenit regnum cælorum, nec otio desidraque torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur; sed, quia si compatimur, conglorificabimur, illa nobis currenda est via, quam ipse Dominus se esse testatus est. *S. Leo. s. 5. de Epiph.*

Custodia mandatorum Dei,
Pro Confessarijs Principum.

Mouebat in hostem Imperator Valens ipse Dei longè maximus hostis, vt qui pro Arianis pugnabat templisq; Catholicos arcebat. Occurrit eunti ISACIVS noster plenus fatidico spiritu & libertate Christianâ armatus monuit, *si pacem in imperio exoptaret, non bellum celo faceret: siq; belli portas claudere persuperet, Catholicorum templa prius aperiret; aliter crederet cum Superis sibi bellum fore, nec nisi sanguine suo & interitu litaturum Maris.* Hæc inquam & similia non semel ISACIVS occinebat Valenti. At hic molestum monitorem in obuiâ dumeta iussit abijci. Scilicet si spinæ illæ nunquam aliâs, tunc certè Rosas tulerunt, sanguinemque biberunt, quo rectè erubescerent. Et verò ad formosa spectacula tres Cœlestes aduolârunt, gestieruntq; à Spinis ISACIVM (hoc est Rosam) tollere, qui eadem mox oracula tyranni auribus ingessit. Tum verò cum asseruari inter vincula iussit Valens, dum redux è bello victorque otiosè rideret Vatem suum. At hic abeunti illa alterius vatis verba dixit, *si reuersus fueris in pace, non locutus est in me Dominus.* Enimvero Valens acie victus est, & qui fumos vendenti Ario crediderat, fumo ignéque in fugâ periit. at ISACIVS vatis honores tulit. illi vrbs portæ ad preces quoties libuit, patuerunt. illum mortuum omnis Constantinopolis tam luxit, vt vnicum hominem omnium humeris crederes efferri. *Ex Metaph. &*

Menob.



B. IACOBVS VENETVS.

Securum iam habet homo accessum ad Deum, ubi mediatorem causæ suæ Filium habet ante Patrem, & ante Filium Matrem. Christus Patri ostendit latus & vulnera; Maria Christo pectus & vbera: nec potest esse repulsa, ubi concurrunt & orant omni lingua disertius hæc clementiæ monumenta, & charitatis insignia. *B. Arn. Cat. L. de B. M. V.*

Recitatio Officij B. M. V.

Pro Sodalitatis Pietate augenda.

Quid matrem crepas pueritia, quid patrē,
 Scopulos sæpè filiorum? Si cœlo digna es
 nunquā orba eris, cœlum te adoptabit.
 Ecce IACOBVS cum patre matrē puer amisit. At
 auia eius, lectissima matrona, matrem illi dolci-
 orem MARIAM ostendit, cuius si horarias preces
 tantisper recitaret (& tempus definiebat) præ-
 mia cupido pollicita est: quæ etsi illa nō persol-
 uit, perrexit tamen IACOBVS officium suum fa-
 cere, & horas Marianas quotidie decurrere. Ita
 filius MARIAE in D. Dominici familia patrē
 etiam IESVM inuenit, cuius vti nuper MARIAE,
 nomen ita animo infixum gestabat, vti tunc
 obliuisci horum posse videretur, si patr̄s & ma-
 tris possēt. Ex Diuis præterea præcipuā venera-
 tione colebat Ascidum & Victorium MM quo-
 rum officium dum ad XVII. Nouemb. in horto
 recitat, vernum præmium Rosam recentem
 abstulit, Anniuersarium postea, quæadmodum
 aiunt, miraculum. Romæ quoq; D. Sebastiani
 porta clausa alijs pietati IACOBI vltro patuit.
 Linguae petulantiam si quisquam alius, ille odit.
 Itaque illud Augustini ex eo crebro audiuisles,
*felix lingua, qua non novit, nisi de diuinis, texere
 sermonem.* Obijt anno M. CCC. XIV. cum carci-
 nomate l V. annos laborans egregia patientiæ
 documenta edidisset, certus ante de fato & ho-
 ra fati. Reliquit post se præter binos Mortuos
 in vitam reductos alia CCC XXXIIX. miracu-
 la, familiarem Diuis hereditatem. Ex

Bzouio. 14. to. Annal.

Escl,

I V N I V S.

- 1 S. Simeon Confess.
 2 { B. Nicolaus Staurophorus.
 SS. Petrus & Marcellinus MM.
 3 SS. Pergentinus & Laurentinus MM.
 4 S. Gualterius Abb.
 5 S. Bonifacius Martyr.
 6 S. Norbertus Episcop.
 7 S. Robertus Abb.
 8 { S. Medardus Episc.
 S. Victorinus Conf.
 9 { S. Trimus & Felicianus MM.
 S. Sylvester Conf.
 10 { SS. Basilides cum Soc. MM.
 S. Olivia V. & M.
 S. Margarita Regina.
 11 S. Barnabas Apostolus.
 12 S. Onuphrius Eremita.
 13 { S. Peregrinus Ep. & M.
 S. Antonius de Padua Conf.
 14 { S. Heliseus Propheta.
 S. Vitus Martyr.
 15 { S. Landelinus Abb.
 SS. Quiricus & Iulitta MM.
 16 { S. Tycho Episcop.
 S. Benno Episcopus.
 S. Ludgardis Virgo.
 17 { S. Autus Conf.
 S. Rainerius Conf.
 S. Leontius M.
 18 { S. Osanna Virgo.
 S. Bonifacius Martyr.
 19 { S. Remwaldus Abb.

- | | | |
|----|--|------------------------------------------|
| | | S. <i>Iuliana Virgo.</i> |
| | | S. <i>Michelina Vidua.</i> |
| 20 | | SS. <i>Novatus & Timotheus Conf.</i> |
| 21 | | S. <i>Hemmingus Episc.</i> |
| | | B. <i>Aloysius Gonzaga Sec. IESV L.</i> |
| 22 | | SS. <i>Achatius cum Soc. MM.</i> |
| | | S. <i>Paulinus Episcopus.</i> |
| 23 | | B. <i>Maria Oegniacensis.</i> |
| 24 | | S. <i>Ioannes Baptista.</i> |
| | | S. <i>Iuan Eremita.</i> |
| 25 | | S. <i>Gallicanus Mart.</i> |
| 26 | | S. <i>Vigilius Ep. Mart.</i> |
| 27 | | S. <i>Ladislaus Rex.</i> |
| 28 | | S. <i>Potamicæna V. M.</i> |
| 29 | | SS. <i>Petrus & Paulus Apostoli.</i> |
| 30 | | S. <i>Erendrudis Virgo.</i> |



Beatus, qui omni spe rerum huius mundi se-
 ipsum orbavit, ac in solo Deo omnem spem fi-
 xit atque locavit suam: sicut enim execrandus
 est ille homo, qui spem suam positam habet in
 homine, ita omni laude dignus, qui ex Deo to-
 tus pendet. *S. Bas. Orat. 7.*

Fiducia in Deo,

Pro Naufragis.

SIMEON Siculus adoratis, quas Dei filius sa-
 crauit, regionibus, ad amorem paupertatis,
 quam omnia eius vestigia spirant, exarfit.
 Iura sanctitatis eum Anachoretas docuit, vel se-
 mel exerrantem in foeminas oculū graui ora-
 tione ad officium reuocaturus. Ab eo denique
 manumissus loca plura magnis virtutibus no-
 bilitauit. Subinde in piratas incidit, nihilo mi-
 tiora comitibus occisis passurus, n̄ salientē de
 puppe petitumq; telis diuinior vis texisset. Tan-
 dem delatus Treuiros speculam sibi in turris fa-
 stigio elegit, quam expugnare Orcus aggressus,
 suas in Christianum Hereulem Hydras, & om-
 ne monstrorum genus nequidquam armavit.
 Stultius straregema fuit, cūm perditū tenebrio-
 nes nescio quos fatuos ignes radiósque tugurio
 eius infunderent, sed ille fanaticam lucem ocu-
 lis non admisit, Solem suum mortuo sibi oritu-
 rum dicentans: Dæmones elusis artibus suis auxi-
 lium ab hominum malevolentia petunt, quā
 noxiam aquarum inundationē sceleribus eius
 imputare ausi, conuitijs saxisque in caput inno-
 centis sunt grassati. Stationem tamen non ante
 deseruit, quā illum cæli Imperator euocaret
 A. M. X. X. X. V. Corpus eius exanime prodigioso
 sudore immaduit. Quis arduam neget ad cæ-
 lum viam, in qua etiam hī cursores, & qui-
 dem post mortem, sudant.

Beatus Simeon



Parati sumus semper irruentes vitiorum cunctos ac frementes bestias de agro cordis nostri eijcere, nullumque eis in ea, quæ iuris nostri sunt, permittamus locum peruersæ dominationis habere: non videant nos inimici nostri cedere, ne de nostris valeant recessibus exultare.
S. P. Damian s. 75.

Pugna contra Diabolum,
 Pro Tentatis,

II. I V N I I.

Nihil agis Impietas; Christi servus etiam
inter vincula liber est; Insultabat Arthemius
PETRO compedibus onerato, ex-
periretur Dei sui vires, & rumperet catenarum
nexum, si tantum in IESU nomine cōfideret. PE-
TRVS non id modò præstitit, sed Paulinam insu-
per eius filiam Diaboli mancipium, expulso im-
probissimo tyranno, in libertatem asseruit, vnâ-
que Arthemio persuasit, Deo antea subsannato,
cum omnibus carceris incolis, sacramentum
dicere. MARCELLINVS, qui eos Christiano ritu
abluerat, nudus vitri fragmentis impositus, non
ante, quàm ab Angelo iussus, ex illo se lecto pro-
ripuit, & cælesti veste excultus cum PETRO,
quem idem Angelus cippo exemerat, Christia-
norum se cœtui reddidit; quibus animandis
cum septem ipsos dies impendisset, pleno tan-
dem agmine Arthemium cum vxore & filia ad
supplicium euntes comitatus est. Ipsi denique in
silua, cui Nigræ cognomen fuit, inter senti-
ceta, capite plexi sunt. Nihilominus vel invito
tyranno abscondi inter spinas lilia non potuerunt,
& sanctitatis odor rubentes suo sanguine rosas
prōdidit. Lucilla & Firmina castis illas manibus
legerunt, & in communi SS. Martyrum virida-
rio collocarunt. Silvæ quoque nomen immuta-
tum est; pro Nigræ Candida posthac audiunt. Esto
& tu filium inter orbis spinas, & Cæli
candidatum te appellabo.

Ex Satio.




Auctor pietatis in Cruce pendens testamentum condidit: Apostolis persecutionem, Iudæis corpus, Patri Spiritum, Virgini Paranympum, Latroni Paradisum, peccatori infernum, Christianis Crucem commendavit. *S. Ambros. s. de Pass.*

Amor Crucis.

Pro Catechistis Iuventutis.

Altius in animum NICOLAVS verb
 CHRISII demisit, quam nos passim sol
 mus. Vix enim illa audierat, quibus a
 fortiter ferendam Crucem mortales extim
 lat, cum illico melioris Fortuna, si quisquan
 alius, sibi ipse fateri crucem ingentem paravit
 & cum hac in annum CHRISTI MLXXXIIX
 in Italiam venit. Ibi excalceatus & panis ob
 situs pueros cogere; dux his ad templum esse
 solemniam, quibus misericordiam Numinis pro
 uocamus, verba præire; ante solis occasum ni
 hil in victum admittere; sed & tunc non ni
 pane cibario famem & vndâ sitim domare; i
 precibus interea nunquam desistere; Crucem
 quam nos vltro abijcimus, nunquam depone
 re. Visum est hoc genus vitæ loci Antistiti pri
 mô insolens: sed re melius inspectâ, laudavit vi
 ri studium & ad mensam insuper suam per
 quam liberaliter inuitavit. At NICOLAVS febr
 correptus ad signa sua prætextarum agmen
 conuocavit, moriensque, inter faustas appreca
 tiones, Crucem illi suam testamento legavit,
 magnam tam paruulis & opulentiam op
 pidò, si æstimare norunt, hære
 ditatem. *Ex Pet. de*
Natakb.



Quaecūque vitia habemus & quocūque peccata, tot recentes habemus Deos. Iratus sum; ira mihi Deus est. Vidi mulierem & concupiui; libido mihi Deus est. Vnusquisque enim quod cupit & veneratur, hoc illi Deus est. *S. Hieron in ps. 130.*

Refrenatio pravi appetitus.

Pro iracundis & vinolentis.

Non minus sanctum quam nobile par fratrum PERGENTINUM & LAURENTINUM aspicias, quorum nomen Aretini ciues ad Tiburtium Pietatis hostem delaturi hæc accusationis capita habuere; ludum literarium eos quotidie frequētare: rimari arcana Philosophiæ Christianæ; & iam priuatim exercere magistrarium eiusdem sectæ; id si publicè audeant, neminem fore, quem non eloquentiâ sint corrupturi. Tiburtius propria confessione conuictos inuiolatos tamen abire passus est, tanto nequior quanto blandior. Nihil deinde de more suo remittentes cædi fustibus iussit, plagisque obstratos inedia plecti. Tridui ieiunio maceratis Angelus mensam struxit de cælesti penu cellaque; cuius delicias qui gustet, sentiat profecto, obsonare famem tanti fuisse. Allapsa simul cælo lux, & sponte laxatis carceris foribus, Christianis cum Pergentina sorore ad captiuos via patuit: sed ij cæli nectare ebrijs fugam suadere aggressi frustra fuerunt. Carnificum contra ad mortem eos euocantium suauissimæ voces visæ, quam priusquam oppeterent, saxeam Iouis statuam ardore precum suarum in modum cæcæ coëgerunt liquefcere; Illustre miraculum iniquies; imitabile tamen: Potes tu quoque Bacchum, Venerem, aliâque improbæ mentis Idola precibus extinguere. *Ex*
Suris.



Despiciendus à nobis hic Mundus fuerat, etiam si blandiretur; etiam si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta aduersitate fatigatur, tot nebis quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat? *S. Greg. 3. Dial. c. vii.*
Fuga Mundi.

Pro impediētib; bona proposita.

Dabit aliquis GVALTERIVM Mundi
 dus dicere? cum humerum stella insigni-
 tus in lucē prodierit, diuino munere pa-
 rentibus concessus Numini Basilicam inuicem
 spondentibus. Gratiarum domicilium dices,
 tanta erat oris venustas, tanta morum elegan-
 tia. Magnis pro eo studijs certatum est, cælo Ter-
 ræque tantum decus ad se rapientibus. Præfectū
 Urbis Filia oculos in eum coniecerat, optabátq;
 sponsum, spe tanto certiore, quanto inter Ro-
 manas Nymphas eminebat. & sanè, si quid mor-
 tale amandum fuerat, tulisset primas. Iam pa-
 rentum vota cōsenserant, gratulabaturque parit
 & pulcherrimo coniugio Roma: cum GVALTE-
 RIVS generoso fastu cōditionem aspernatus ne-
 gavit scēnam vllā toto orbe dignā se marito:
 translatisque in cælum desiderijs, castarū men-
 tium spōsum Virginitatis sibi voto deuinxit. Id
 tamen consilium parentes insanā vocarunt, &
 extorquere Filio non verbis tantum sed verbe-
 ribus etiam sunt conati: Vt neutris flecteretur,
 vox allapsa cælo fugā adolescenti suavit, quam
 cum Armeno Sacerdote in Picenum instituit;
 vbi deinceps eo virtutum splendore vixit, vt pa-
 lām fecerit æquum fuisse cum stellatū nasci. Pa-
 rentes diu perquisitū denique reperere, sed fam-
 inedia squalidum, alióque, quàm quem Roma
 suspexerat, vultu. Ille tamen Deo plenus fa-
 ctum ijs suum nō approbavit tantū, sed vt ini-
 carentur, induxit; quem finem vtinam omnia
 parentum cum filijs certamina habeant; iuua-
 ret acies committere & cantare clāficum. *Ex*
Phil. Ferr.



Nemo in Ecclesia amplius nocet, quam qui
 peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis
 vel Sacerdotis habet. Delinquentem namque
 hunc redarguere nemo præsumit, & in exem-
 plum culpa vehementer extenditur, quando
 pro reuerentia ordinis peccator honoratur. S.
 Greg. in Pastoralis.

Bonum Exemplum.

Pro Sacerdotibus.

BONIFACIO & hoc & Apostoli nomen Germania peperit, cū VVinfridus olim vocaretur. Monasticē puer amplexus est, multum aduersante Patre, donec, immisso diuinitus morbo, pertinacia eius est domita. Sacris initiatus Frisones Christianā disciplinā imbuendos, Pontificum deinde iussu, Germaniā vniuersam excolendam suscepit; adolescentulis etiā in partem pij operis adscitis. In Boica S. Sturmionem, Treuiris Gregorium sibi iunxit XIV. annorum adolescentulum, cūm Anagnosten in triclinio peritē agenti aures dedisset: Capto enim egregiæ indolis experimento, vnus congressus suauitate ad sui eum imitationem attraxit, vt palām dicitaret, suis se pedibus cum BONIFACIO orbē terrarum peragraturū, si equi copiā auari amici negassent. BONIFACII labores & arduum LV. annorum à Sacerdotio ad Martyrium vsque actorum cursum quis explicet? in tanta sæpe necessarii victus inopia, vt cælo comitatum ei submitti auium ministerio fuerit necesse. Frisonibus Christo nuper additis diem dixerat, qua sacro Chrismate frontes inungeret: Ij ex discipulis latrones facti optimè de se meritum cum LI. socijs peremerunt. Irruenti in se barbaro Evangelij codicē BONIFACIVS obiecit, qui etsi difficilis est, negant tamen vllā literulam eā plagā vitiatam. Omnia ipsius facta dictaq; admiranda sunt; illud sæpe sæpius repetitum nostra ætas multo veriùs quàm BONIFACIANA audiat: Olim Sacerdotes aureos cum ligneis calicibus fuisse; nunc aureos esse calices, sed ligneos Sacerdotes.

Ex vita apud Nicol. Serar.



Bona mors iusti propter requiem, melior
 propter nouitatem, optima propter securita-
 tem. E contra mors peccatorum pessima: mala
 in Mundi amissione, peior in carnis separatio-
 ne, pessima in vermis ignisque contritione. *S.
 Bern. in Epist*

Frequens oratio pro felici Morte,

Pro improvise Morientibus,

NORBERTVS Dux eius Familiae, quam
 Præmonstratensem indigetant, sum-
 mis Aulæ Imperatoris honoribus per-
 functus, cum mundo se abdicasset, suorum
 progressus atq; incrementa ab ipsomet CHRIS-
 TO in cruce pendente est edoctus. Nocentissi-
 mam Tanchelini hæresin Antuerpiæ tum
 grassantem, introducta è suis coloniâ, iugula-
 uit. Archiepiscopus post Parthenopoli quia in
 corruptos ciuitatis mores libere pro DEO &
 dicebat & agebat, multorum in se odia con-
 uertit, vt iam essent, qui necem ipsi, Socijs ve-
 rò exilium minitarentur: Sed eorum insidias
 semper cælum elisit; tametsi NORBERTVS
 seruatorem æmulatus obuius nonnunquam
 hostibus iuerit, & luculentam ab iisdem pla-
 gam abstulerit. MARIAE cultui se suosque æter-
 num deuouit; vnde è VIRGINIS manu vestem
 candidam (quâ mores suos tota hæc familia
 etiamnum monstrat) ab Augustino verò Leges
 aureis literis exaratas accepisse memoratur. Ita
 candidatus cum cælum diu ambiuisset, anno
 demum CXXXIV. supra M. obtinuit, & in vi-
 ctoriæ signum oliuam manu præferre visus est.
 Nonnemo eundem sub Liliij imagine transpor-
 tari in cælum conspexit. An non gratulari sibi
 terra tunc potuit, cum flores habuit, quos in
 sua rosaria transferre superi amabant? Sed &
 nunc tales daret, si non vngue infesto inuidus
 cælo heu! mundus præriperet, Ex

Suria.



Cogitatio omnis secularis & carnalis tempore orationis abscedat, nec quidquam animus, quam id solum cogitet, quod precatur. Claudatur contra Aduersarium peccus & soli Deo patens nec ad se hostem Dei tempore orationis patiatur accedere. *S. Cyprian. de Orat. Dom.*

Feruens oratio.
Pro tepidis Religiosis,

ROBERTVM alterum D. Bernardi: oculum
imitandum proponimus, ea frugalitate
virum, vt belluari sibi videretur, si ipsis
Paschalibus auenaceum panem butyro adipa-
tum gustasset. Genium ergo suum defraudans
intactum pauperibus remisit. Sed debebatur
cælo tam delicatum Apophoretum tantæque
virtute conditum. Angelus sub centonibus la-
sitans eo donatus est, argumentis alijs pluri-
bus & illo maximè agnitus, quòd discum inui-
sus omnibus in mensam retulit, & paulo post,
quasi vicem relaturus, læto Robertum nuncio
beavit, nomina discipulorum eius Albo cæli in-
serta esse, duos duntaxat ea felicitate excidisse:
ex quibus alterum credibile est eum ipsum fu-
isse, quem è medio orantium cœtu dæmonis
furcâ abstractum auferri ab eo sportâ aspexit
spolium Orco. Aliàs globo iuuenum immix-
tum Cacodæmonem & singulorum auribus
sua venena insusurrantem à magni sceleris ap-
paratu abduxit, fatentem postea certum sibi
fuisse, Nuptiales ludos iurgijs & multa cæde fi-
nire, nisi à Roberto esset interpellatus. Sub an-
num MCLIX. mortuum Godrieus familiaris
eius ignei globi specie à tribus Angelis inferri
cælo vidit, allatrantibus ponè stygijs laruis,
plusquam caninâ impudenciâ, vtique si talis
prædæ spem neque illo rerum articulo deposu-
erunt: Nobis quid fiet, qui nunc his belluis col-
ludimus, & neque fuscinam satis neque spor-
tam prædatoriam timemus? *Ex*

Surio.



Inanis est Pœnitentia, quam sequens culpa
coinquinat: nihil profunt lamenta, si replicen-
tur peccata. Nihil valet de malis veniam po-
scere, & mala de nouo iterare. *S. August. in
Soliloq.*

Vera Pœnitentia.

Pro ignorantibus grauitatem peccati.

VIII. I V N I I.

REstè olim pronunciatum est, utcunque
rara sit inter homines innocentia, plures
esse, qui ab ea nunquam diuerterint, quàm
qui serio reuenterint. His tamen tam paucis **VI-**
CTORINVM accenseas licet magnum Pœniten-
tiae miraculum. Romæ natus cū Seuerino fratre
Camerinum discesserat, tutissimum vitæ gen^o,
vitato omni humano consortio, aggressus: sed
quod mihi asylum dabis, quod non Dæmonis
improbitas perumpat: is vultum habitumque
fœminæ mentitus nocte intempesta Victorini
tugurium au:esque lamentis oppleuit, dignare-
tur recto vltima pericula metuentem, neque
prædam se feris obijceret. Peccaturus in huma-
nitatem sibi Victorinus videbatur, si ad has pre-
ces obsurdisset. Recipit ergo Dæmonem hospi-
tio, sed sub larua tam bella lateat, ut ille ho-
minum osor huius amore captus sit. Confla-
grantem facibus fœdæ cupiditatis personata le-
na deseruit, intellexitque miserrimus amator,
qualis illecebra Deum sibi mentemque eripuis-
set. Ius deinde sibi met dixit, immisâque intra
diffisæ arboris rimas manu, reuulsis cuneis, ar-
ctè iterum coeunte trunco, inusitato cippo mi-
serabilis se captius induit; stetitque sic affixus
triennium integrum, dominicis duntaxat die-
bus panè & aquâ è Seuerini manib. libare soli-
tus; cùm demû iubente Camerinesi Episcopo,
mortuâ ab inaudito carcere manû, utiq; con-
ciliato Numine, recepit. Audite Peccatores. **VI-**
CTORINVS Momentum vnum trienni supplicio
vindicauit; nos xuo continuo peccamus, & vix
momento resipiscimus. *Ex Phil. Ferrar.*



Felix promissio, ut postmodum in diuina li-
beretur examine, qui nunc subuenit egentibus
in mœrore: Gloriosè mercatur, qui pro mise-
ricordia, quam pro pauperibus exhibet, totius
Christianitatis continuam orationem prome-
retur. *S. Pet. Dam. Opusc. 9. de Elem.*

Affectus Misericordiz.
Pro Pauperibus Studios.

V I I I . I V N I I .

Nolit fortasse à Gildardo gemello suo se-
iungi MEDARDVS, cum quo ita comā-
nia habuit omnia, vt eodem die ambo
nati, ambo denati, ambo sacris infulis induti
sint: leges tamē hīc seorsim de MEDARDI pue-
ritia pauca, de Gildardo paria cogitabis. In
splendidas opes natus vnicū earum vsū no-
uerat, Liberalitatem. Prætextā suam cæco largi-
tus ad matrem propè nudus recurrit, gestiens
quod tantilla veste Christum induisset. Equo-
rum custodiam cum vltro sibi depoposcisset,
vnius abducendi copiā egeno viatori fecit; cu-
ius iacturā cum pater acerbè ferret, gregē recē-
sentibus numerus nullo capite iminutus appa-
ruit. Ipse nihilominus pietatis suæ fructū præ-
sentē tulit, Aquilæ alis à pluuiarum iniuria de-
fensus. De agrorū limitibus exarserat inter vi-
cinos certatē, spectabātq; res ad arma, nī puer-
litem finisset. Saxū enim medio repertū cam-
po pede cōtigit, suūmq; velut in molli cera ve-
stigium impressit, eōq; prodigio limitem vel o-
stendit, vel fecit. Eleutherio contubernali suo
de mitra olim indipiscenda oraculū dedit, cui
postea vates ipse successit. Defuncto cælum fa-
ces funebres suppeditauit. Clotharius Rex San-
dapilæ succollauit. Cū tumulo inferretur, cæ-
lum diduci pandiq; visū, nempe vt melior ME-
DARDI pars eo cū triūpho inueheretur gemi-
næ columbæ itineris duces futuræ obuiā pro-
fectæ sunt: quibus tertia, quæ de Sancti ore e-
gressa est, sese iunxit. Has alas animæ Simplici-
tas & Modestia affixerunt: nos in Pauo-
ninis superbimus. *Ex Stryio.*



S. PRIMVS ET FELICIANVS MM

In hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est: id eligere, prudentia est: nullis inde auerti molestijs, fortitudo est: nullis illecebris, temperantia est, nullâ superbiâ, iustitia est. S. Aug. Epist. ad Macedon.

Custodia Innocentiæ,

Pro contemptoribus caelestium donorum,

P R I M V S & F E L I C I A N V S cum Ioue & Hercule falsis Dijs, Diocletiano & Maximiano crudelissimis Imperatoribus decertarunt, sola aduersus illos pietate, aduersus hos patientia armati: cuius vt insignia documenta darent, Angelorum beneficio viam sibi ad fugam aperientium noluerunt vt. Bellaria tamē, quæ acerrimè verberatis allata cælo sunt, libarunt, ne viribus succumbentibus, leuioribus, quàm vellent, supplicijs defungerentur. Felicianus & Rogenario maior castus & suffixas vnguibus subulas vultu immoto tulit: mentiente nihil ominis, vt Primo fucus fieret, Præside, Felicianum tormentis cessisse, stultâ impudentiâ: cum Angeli nihil eorum, quæ acta fuerant, Primum ignorare paterentur. Ergo is quoque faces ar dentes suo sanguine extinxit: liquatum plumbum (tanta erat patiendi sitis) velut fontanam bibit. Leones & vrsi cum illis compositi nec animorum nec corporum vim imminuerunt. Etiam securi cæcos muscæ canesque non ausi sunt contingere; tanta est virtutis etiam apud animantes æstimatio. Utinam homines, quæ soli tanti capaces boni sunt, & præmia nouerunt, suis hæc animi decora momentis expendere, Sed cheu quàm vili venditur innocentia! *Ex SHTIV.*



S. SILVESTER CONF.

Tibi quondam abiecto, tibi extruso à Paradisi
 sedibus, tibi in pulverem & cinerem dissolutus
 potestas data est, vt de longinquo ad tuum re-
 nertaris auctorem, libertus efficiaris ex seruo,
 de extraneo proueharis in Filium. S. Leo, s. 27
 de Nat.

Amor Dei super omnia,

Pro Opificibus

Ventura (namque hoc primum SYLVE-
STRO nomen erat) quo tempore Floren-
tia à B. Iordanis ore tota pendeat, fullo-
niam illic exercuit, ipse etiã candidissimæ men-
tis. Quare facile locum in hoc Iordanis verba
inuenerunt. Sed rectiùs illi eodem tempore vi-
sus in cruce Christus concionatus est plagis suis
semper ad misericordiam concitandam facun-
dis. Certè semel illi visus Cœlestis Agnus nun-
quam postea mente excidit, sed velut semper
eadem spectacula expeteret, illa crebro inter la-
crimas & singultus verba iaculari ad cœlos au-
ditus est: *Ad te leuavi oculos meos, qui habitas
in cœlis.* ad quæ verba mirabatur ille non ad ia-
stas ceræ liquefcere hominum corda. Hæc itaq;
eremiticam vitam persuasere viro, mutato Ven-
turæ in Vincentij tunc nomine. Insidiantem
castitati suæ Amorem cum sentiret, viticis ter-
gum suum armauit; & ecce fugit ille, & dum
flagra timuit, puerum scilicet se probauit esse.
Sub hæc vt tutior inter plures DEO militaret,
Camaldulensium cœtui se iunxit & SYLVESTER
deinceps dictus culinam primò, tum triclinium
curauit, vtrumque magno modestiæ & obedi-
entiæ exemplo. Orationis interea perquam stu-
diosus eam imbibit sapientiam, vt iam Fullo-
nem nostrum velut Apollinem doctissimi quiq;
fidei Doctores adirent. Sub extremum morbum
iterum Christum aspectabilem habuit. Et cur
non oculos SYLVESTRO ille clauderet, ad quem
semper ille leuauit oculos? *Ex Chron.*

Camaldul.



Septem horarum Canonicarum officia, quasi septem baptismatum lauacra in Ecclesiae sunt gremio constituta; ut septem offensionum maculas, quas ex quotidiana vitae huius conuersatione contrahimus, totidem orationis quotidianae fluentis expiare conemur. *S. P. Dam. opusc. 10.*

Per solutio debitarum Precum.
Pro obligatis ad recitandas Horas Canonicas.

CApe has e MARGARITAE SCOTORUM Regi-
 naz muliebri mundo gemmas nulli sexui
 nulli ætati indecores. Malcolino Regi nu-
 pta omniumq; titulorum particeps nullum cu-
 pidiùs, quàm matris Pauperum affectavit, me-
 ruitque nõ in suo tantum regno, quod liberali-
 tatem eius non cepit; quemadmodum neque dies
 in Pietatis opera ei suffecit. Singulis noctib. Ma-
 tutinum, quem voeant, cursum de SS. Triade,
 tum de Cruce, denique de Virgine Deipara absol-
 vit. Annexit his votivas pro mortuis preces &
 Davidis Odaria: quid post hoc pensum somno
 relictum est? quem tamen ne tum quidem ad-
 misit, priusquam sex pauperum pedes abluisse.
 Diem sic auspicata est. Novem infantulos, quos
 à suis neglectos matribus educabat pro suis, nu-
 tricularum occupato officio, pascibat eibos ori
 ingerens, & quidem genib. nixa, vt reverentiùs
 haberi nõ possent, si vel cælo lapsi fuissent. Tre-
 centis alijs sed adultioribus, partito cum rege
 ministerio, eibum inferebat. Tum repetitæ pre-
 ces utiq; penetraturæ cælum, cum tot pauperum
 apprecationibus sublevententur. Iidem publice
 prodeuntem stipabant cateruatim, vile satellis
 tium, sed ad superos profecturæ percõmodum.
 In cuius itineris procinctu cum semper stetit
 set, edocta tandem divinitus est, quando mi-
 grandum esset. Mortua toto vultu erubuit. Sens-
 sisse plausus diceres, quibus tam rara vir-
 tus in cælo accepta est. Ex,



Esto humilis & pacificus & erit tecum Iesus:
 Si devotus & quietus, & manebit tecum Iesus.
 Potes citò fugare Iesum & gratiam eius perde-
 re, si volueris ad exteriora declinare: & si illum
 effugaveris & perdidideris, ad quem fugies, &
 què tunc quæres amicum? *Tho. de Kemp. l. 2. c. 8.*
 Familiaritas cum Deo.

Pro fugientibus afflictionem.

Offenduntur delicati, cum viâ ijs regiam
 que ad cælum ducit, stratam Crucib. ostendimus; cum per vepreta, quæ Christus calcavit, per cruenta Martyrum sanguine vestigia ducimus insuetos laborum; Monstrabimus ergo nauseabundis compendium, quo BASILIDES TRIPVS & MANDALES extra ordinem ad cælum sunt perducti. Basilides operam suâ Platoni viro primario, sed impiæ superstitioni dedito locabat, studiosè argumenta omnia celas, ex quibus agnosci Christianus posset. Non placebat Christo, quòd tam doctè vteretur foro, & tempori peritius quam cõscientiæ vesificaretur, aduersus præceptum suum duobus Dominis emancipatus. Basilides nihil moratus Platonem deserit, & cum socijs recta ad littus profectus in nauem incidit, qua instructiorem nulla vnquam aqua ruit. Christus ad clauum sedebat, Angeli remigum officium occupabant nimis profecto familiariter officiosi. Quid mererent felicissimi vectores? Syrtésnetan ventos? an fluctus? equidem credam optasse omnia Pontum esse, & deesse littora Ponto: nam certè in portu denique trepidare cœperunt, aduersa de Aureliani scuitie fama perculsi. Ausi ergo rogare Christum sunt, liceret sibi sicca morte & incruenta defungi. Datum id quoque placida compositos quiete Angelorum manus cælo intulerunt. Nihil audies suauius: & tamen frõtem contraxisti, cum his quoque negatum audires duobus Dominis seruire. *Ex Mombric. & P.*

de Natal.

Castior inter feras quam homines Castitas



S. OLIVA VIRG. MART.

Nec cedendum nec recedendum, etiam si
gravis tentationum feror utriusque hominis
statum afflixerit: eligamus potius ardere, quam
cedere. *S. Bern. f. 3. de Vig. Nativ.*

Constantia in aduersis.

Pro insidiatoribus alienæ Innocentiæ.

Nobilis virgo fuit OLIVA. Id si cunis au-
 tis non crederem, monilibus crederem,
 vinculis inquam, quæ anno ætatis tertio
 decimo pro Christo gestavit, multum hoc mu-
 liebri mundo, & quantum nulla alia virgo, su-
 perba. At mors, siue ætati hoc, siue generis splē-
 dori dabat, noluit tam pulchram OLIVAM im-
 maturo fato decerpere. Tyrannus tamen ex o-
 culis patriæ (Panormum erat) in exilium tran-
 stulit. Nihil minus in hoc florere visa OLIVA,
 quid? quòd cæco eidemque pedibus capto cum
 luce Christum ostendit, & ad partes Christiano-
 rum docuit ambulare; cum alius interea, quòd
 fidem nollet aspicere, oculos amitteret. Hos ra-
 men etiam resipiscenti restituit & utrumq; ad
 martyrij cursum præmisit, cum ipsa ad eandem
 gloriam seriùs & ingentibus triumphis grassa-
 retur. Etenim flagris cæsa in silvas est relē-
 gata. Gratulatae sunt scilicet sibi hæc de OLIVA,
 sub cuius vrbra etiam effera animalia man-
 suescere, & cum Virgine innoxia totum septen-
 nium agere visa. Interea homines in feras mi-
 grantur. Nobilis enim iuventus dum feras ca-
 ptat, visâ Virgine in retia Veneris se induit. At
 Virgo, *an, ait, dubitatis parcere Virginitati homi-
 nes, cui vim inferre bestia verentur? aut, qui cōtra
 feras me defendit, DEVM pugnaturum pro me in
 feros homines dubitatis?* Dixit & dassis expeditos
 turpibus, mox Martyres cælo trāsmissit, ipsa etiã
 superatis denuò flagris & equuleo, oleoq; ab igne
 bullisq; triumphans secuta, gladio secandam
 servicem, caput coronandum cælo dedit. Nun-
 quã pulchrius Laurus OLIVAE se iunxit. *Ex Fer.*



Agnosce dignitatem tuam, & diuinæ consecræ factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire: memento cuius capitis & corporis sis membrum, & quia ex tuis de potestate tenebrarum translatus es in Dei regnum & lumen. *S. Leo s. 1. de Nat. Dom.*
 Gratiarum actio pro Dono Fidei,

Pro Infidelibus & Hæreticis.

HAbuit BARNABAS patriam Cyprum; Magistrum in lege Iudaica Gamalielelem; in Christiana ipsum Christum. Apud hunc Virtus illum in Collegium discipulorum LXXII. adlegit; & melior deinde fortuna orbem perambulanti Paulo aliquandiu comitem addidit. Lystris postquam Paulus claudum in pedes erexit, vrbs utrumque velut caelo delapsa Numina excepit; iamque aras & victimas & geniales coronas paravit, in Paulo Mercurium, in BARNABA Iouem venerata. Et profecto, etsi, ut par erat, diuinum honorem longè illi repudiarunt, officio tamè tunc melioris Mercurij functi sunt, DEVMQ; Ciuibus nuntiarunt. Superuenientes quoque Iudei plausum lapidibus excitarunt, & his tantum non sepultum Paulum facile hominem non DEVM esse probarunt. BARNABAS etiam Salaminæ à Iudeis multis tormentis exercitus, saxis ultimò obrutus, & in igne coniectus est. Sed ex hoc etiã rogo suum caelo Phœnicem vidisses prodire, integro etiã corpusculo, quod D. Marcus terram composuit. Multò post, cum in sedem Antiochenam inuasisset nescio quis hæresi pestilenti afflatus, vigilauit pro re Catholica etiã mortuus BARNABAS, & Anthimo Salaminæ Episcopo tertium visus monuit, uti communis causæ patrocinium Constantinopoli apud Imp. susciperet; simul etiam indicauit, quo loco ossa sua & vnà volumè, in quo D. Matthæi Euangeliũ exarauerat (nobilissima cimelia) reperiret. Et verò utrumque in honore habuit Zeno Imp. & corpus templo augusto honorauit, volumen verò auro inclusit, rectè gemam esse ratus. *Ex act. Ap. Bar. & Lip.*



Comas aut vestes superuacuas curare, vel infelici-
 um est, vel iniustorum. Nam quid ex talibus
 expectandum aut suspicandum, nisi ut lasciuus
 ille ornatus foeminas praetereuntes inuiter,
 aut alienis matrimonijs insidietur? S. Bas. de
 Legend. lib. Gentil.

Christiana Modestia.

Pro moderando vestium luxu.

XII. I V N I Y.

O NVPHRIUM toto hirsutū corpore & raris
 humani cultus retinentem vestigia po-
 terat sanæ filiarum monstris & Satyro-
 rum generi accensere Paphnutius, si in externa
 specie substitisset. At ubi congressus vitæ genus
 morēsque didicit, dubitavit hominemne potius
 an Angelum diceret. In Thebana regione Mo-
 nachum indutus, cum de Anachoretis fando
 accepisset, egressus in loca sola Angelum vitæ
 comitem habuit. Nactus deinde noui instituti
 Magistrum in tugurium palma inumbratum
 deductus est. Inde illi cibus, menstruo propen-
 tu; panem & aquam Angelus afferebat quoti-
 dianus minister. Octavo quoque die, ut delica-
 tius vesceretur, is quoque, quem propriè Ange-
 lorum panem appellamus, maiore pompa &
 debita Numini est aduectus. Et potuit credo O-
 NVPHRIUS hac cælitum amicitia beatus homi-
 num obliuisci: certè septuaginta totos annos
 mortalem non vidit, donec, quem nominavi,
 Paphnutius Dei iussu moriturum inuisit, ut è
 filiarum latebris tam rara virtus eo præcone
 protraheretur in lucem. Mortuo Angeli cecine-
 re Iessum: Palma & casa quasi desiderio viri, &
 alium quemcunq; dominum indignantes pro-
 cubnerunt. Quid ad hæc nostra Iuuentus, mori-
 bus iuxta capillisque luxuriantibus in Nabu-
 chodonosorem citius quàm ONVPHRIUM
 degeneratura? *Ex vit. PP.*

...
 ...
 ...



Si æterni Patris inhabitare domum, si rei cœ-
lestis paricidij teneri volumus, tetras inuidiæ
excludamus insidias: inuidiam armorum cœle-
stium viribus comprimamus: quia sicut nos Deo
iungit charitas, sic à Deo inuidia sciungit. S.
Chrysol. s. 4.

Manfuetudo.

Pro inuidis, & contumeliosis.

XIII. I V N I I.

CETHEVM in cunis, in tumulo PEREGRINVM dixere. Aternensium Pontifex fuit, cum è Langobardis in vrbe tyrannidem Alais & Vmblo obtinerent. Horum ille sænitic detestatus Romam ad commune orbis asylon D. Greg. Pont. Max. transfugit. Sed populus Aternensis PEREGRINVM iure optimo iam olim suum repetijt, & verò iudice Gregorio etiã obtinuit. Interea cum nec ista regna socium ferrent, tyranni duo armis inter se collisi sunt, & Alais in suum præsidium, sed exitium vrbis tertium hostem Vitalianum Comitem introduxit. Tunc verò, auctore CETHEO, ciues arma capiunt victumque Alaim, & victum Vmbloni tradunt. Mox tamè adest CETHEVS & vitam capto orat. Sed quæ alteri prodesse studuit, sibi etiã nocuit Misericordia. Vmblo Alais factioni CETHEVM fauere credidit. Quare vtrumque ad gladium damnat. Cæso Alai cum carnifex Pontifici instaret, omnes ad officium vires amisit; at non consilia Tyrannus. ex ponte in Aternum fluuiũ iubet præcipitari. Enatanti saxum iubet appendi ingens, iterumque mergi. Sed vel mortui virtus supra aquas se extulit, docuitque etiam saxa natate. Tumulum deinde primum ignoto Atrianenses dederunt vnãque PEREGRINI nomen. Illum facibus suis cælum nobilitauit; quod ipsum miraculum testis & ipse miraculosus (cæcus) vidit.

Ex Ferrar.



Toto mentis affectu beatissimæ Virginis nos intercessionibus committamus, eius patrocinia omni nisu imploremus; ut dum supplici obsequio eam frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cœlis. *S. Aug. in F. Aß. B. V. H. 3.*

Pia inuocatio nominis **MARIAE.**
 Pro Mariani cultus promotoribus,

ANTONIVS, quem vulgò Patavinum dicunt. S. Francisci discipulus, suis ad concionem verbis à flagitiosa vita quam plurimos reuocauit. Eam ob rem cum ocula dolerent inferno hosti, decumbentis in lectulum spiritum elidere faucibus interceptis aggressus est: sed ille vnico MARIAM nomine simul viam loquelæ fecit, simul insidiatorem in fugam dedit. Hæreticum, qui Sacræ Eucharistiæ cultum negauerat, ad sanio rem mentem & ipsum reduxit. Cum enim mulus impij à negato aliquâ multis diebus, sed præbito demùm laute pabulo, ad ANTONIVM vocatus accurrisset, sanctiusque Epulum pronus in pedes adorasset, sapere à iumento suo etiam Dominus didicit. Pro concione funebri lucionis cuiusdã, palam edixit, illum æternis inferorum flammis additum esse, eiusque adeo rei indicium fore eor illius non pectore sed arcã cum nummis suis clausum. Præter alia multa, quæ fecit admiratione dignissima, puerum demortuum viæ reddidit, quò is parentem ANTONII de homicidio accusatum innocentem absolueret. Supremùm ægrotantem CHRISIVS inuisit, orbitum verò eius per urbem fando infantes vulgarunt, quò minori eloquio, hoc maiore virtutis præconio. *Ex*

Surie.



Sit in gestu tuo gravitas, in incessu honestas: nihil dedecoris, nihil lascivix, nihil petulantix, nihil insolentix, nihil levitatis in te appareat: animus enim in corporis gestu apparet: & species corporis simulacrum est mentis, figuraque probitatis. *Isid. l. 2. Soliloq.*

Reuerentia erga maiores natu.
 Pro inuerecundis.

Profuerit Iuuentuti, HELISEI Circenses ludos spectare; redeat inde modestior & reuerentior canæ ætatis Bethelensis pueritigrex Caluithi sancti senis vernaculis jocis proscindebat. eam dicacitatem vix duo, quadragenis binis è toto numero conceperis, castigarunt: ne ferulas tantum sed & feras puerilis lasciuia sibi metuendas existimet. Cætera illius viri prodigia quis memoret? aquatum cursum stitit, amarorem correxit, eleum auxit, lepram detersit, infœcundis coniugibus prolem dedit, orbis reddidit; genti suæ insignes victorias; eidem fame laboranti gratuitam annonam præbuit. illud æterna memoria dignum & identidem parum fidentibus Deo suggerendum. Obsessus à Syris iamque pro desperato à familiari seruulo defletus, patientem hoc promitto crexit: *Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.* trepidanti nihilominus oculos prece aperuit, & diffusa toto môte auxilia igitasque acies ostentauit. hostibus vicissim suis offusâ oculis animisque caligine, temporibus ducem se obtulit, eoque deduxit, vnde si iure in eos agere libuisset, pedem nunquam erant relaturi. Hoc tu robur animi pallio Eliæ imputabis, rectè: sed cur times, qui in baptismo IESUM Christum induisti? *Ex 4.*

Regum.



Neganda sunt terrena omnia, vt melioribus abundemus, & contemptu vniuersorum Christus sequendus est; & spiritualium Aeternitas terrenorum est damno comparanda. *S. Hilarius in Euang.*

Frequens cogitatio Aeternitatis.-

Pro Parentibus, qui Filios à Deo abstrahunt.

XV. I V N I I.

Liberalius Cœlum Româ etiam pueris tel-
 umphum non negat. Cerrè V I T V S A do-
 lescentulus duodecim Annos natus plu-
 res iam Tyrannos, eosque inter Parentem
 triumphavit. Flagra enim primò Christianæ
 fortitudine concoxit, & poterant videri Aërem
 verberasse non V I T V M tortores, nisi & his &
 vnâ Valeriano Proconsuli manus dirigisset.
 Restituit tamen hanc Martyr Tyranno, ne
 quem vinceret, decisset. Hinc Aula est inclusus à
 mulierculis & ceteris illecebris instructa, quo
 blandiore hoc periculosiore scilicet carcere.
 Sed prælianti Cœlites adfuere tanta luce co-
 rusci, vt lucem curiosi parentis oculis eripe-
 rent. Et hos tamen, quò filium sapiens victorem
 vel inuitus videret, ingrato reddidit; ipse, atro-
 ciora patre supplicia meditante, Angelo remi-
 ge vsus, in alias terras traiecit. Decevere nimirum
 cœli, vt Romæ etiam triumpharet hæc
 virtus. Huc itaque euocatus è Diocletiani filio
 malum hospitè Orcum pepulit; sed stipendia
 tulit vincula. Ad Bestias deinde damnatus eti-
 am has citius cicures, quàm tyrannum reddi-
 dit. In ollas porro iniectus igne ac pice timen-
 das præ thermis suis has Diocletiano laudavit.
 Ad extremum ex equuleo à Genio tutelari ad
 ripas Silari asportatus placidè inter vmbas ar-
 boris animam victricem cœlo transmisit, puer,
 6 annos; senex, si triumphos numeremus.

Ex Syria



Melius est habere malorum odium, quam
confortium: sicut bona multa habet commu-
nis vita sanctorum; sic plurima mala societas
fert malorum. *Isidor. l. 2. soliloq.*

Fuga malarum societatum.

Pro Seductoribus Innocentium.

X V. I V N I I.

IN Latrones incidisti, quisquis è bonorum so-
 dalitio in malorum contubernium transi-
 sti. Hoc adeo LANDELINO crede. Hic è pri-
 ma Gallorum nobilitate, & à puero inter litera-
 rum & Pietatis studia educatus dum aures vo-
 canti D E O claudit, aperit auocantibus; dum
 amicis esse amicus ad aram studet, penè ad in-
 feros fuit. Certe quem inter religiosorum ho-
 minum cohortes militare cognati noluerunt,
 inter publicos prædonum manipulos mereri
 viderunt. I nunc Sanguis, & aspergi maculam
 generis splendori querere, cùm in D E I serui-
 tium abeunt tui; at tu adolescentia audi, quan-
 tum custodi Angelo debeas! Diripiendis cuius-
 dam ædibus nox erat dicta à LANDELINO. Sed
 fortior Mors LANDELINI familiam prior diri-
 puit, socium subito auferendo, quem in paucis
 ille charum habebat. Ob id tristiori in somnis
 bonus Genius astitit & malum socium à peio-
 ribus Genijs ad inferorum flammis abripi
 monstrans, *heus, aiebat, an & nunc socius huic
 eris?* Enimvero non placuit iam Theseum esse;
 Pirithoo ad Orcum abeunte. Damnat proinde
 vitam pristinam, ter supplex ad DD. Apostolo-
 rum it limina, & post extracta compluria cœ-
 nobia & MAGNAE MATRI templum, post edita
 miracula, sub Annum DCL. cilicio & cineri in-
 cubans sanctè emoritur, Vbi tunc socij olim
 peccantis? crede iterum LANDELINO, quisquis
 cum pluribus peccas, aut solus flebis, aut
 serò flebis, *Ex Suario.*



Cogita peregrinationis tuæ miseriam, cogita vitæ humanæ pericula, cogita fragilitatem propriam; & eiusmodi cogitatione, si perseveraueris, parum senties quicquid foris videtur molestum. *S. Bern. S. de Om. SS.*

Veneratio SS. Patronorum,

Pro Bauaria,

XVI. I V N I I.

BENNO ex illustri Saxonum sanguine
 Monachus, ex Monacho Misnensium
 Pontifex, Slaus sub CHRISTI iugum
 egit. Captus bello Saxonico ab Henrico IV.
 Imp. & libertati restitutus, Romam abiit, pars
 magna illic Concilij futurus: inde redux tem-
 pli sui claves, quas in Albim, cum iter ingrede-
 retur, abiecerat, in pisce recepit: Pedit aquam e
 terra, precibus ex aqua vinum dedit; sibi per
 vndas viam strauit: manibus Cœlitum non se-
 mel ad suos per magna itinerum spatia com-
 pendio est transportatus: Misniz Marchionem,
 quo die alapam ab eo acceperat, hoc eodem,
 anno vertente, moriturum dixit; & vatem fu-
 lisse Mors minimè mendax ostendit. Claruit in-
 numeris semper miraculis; tum præcipue, poste-
 quam Monachium Boiorum caput translatus
 est. Ibi ille pugnantem in se populi pietatem
 beneficijs quotidianis certat vincere, certami-
 ne hoc etiam iucundiore, quòd clientes
 vel victi triumphant. *Ex Hist.*

Emsero

Elcuata est nubes
de labor maculo

MRA



S. TYCHO EPISC.

Quid vereris fluxim & fragile bonitatis
ēere sempiternum? aut thesauros tuos custodi
Deo credete? vbi non furem prædonemque tuis
meas, non rubiginem, non tyrannum: qui a
pud Deum ditus est, pauper esse nunquam pos
test. *Lactant. in Epit. Instit. c. 12.*

Studium promouendi pias causas
Pro parcis in Eleemosynas

Damus Euclionibus Mancipijs pecuniæ rei augendæ magistrum doctoremque gratissimæ artis, qua granaria frumento stipentur, numûsq; in arca crescat. TYCHO is est, ætate puer sed cano sensu, auari parentis filius, multo tamen peritior pecuniariæ venationis. quod vel hinc intelligas: Pater oneratum panibus in forum miserat. Puer indignatus vnciarium quæstum ijs venditis rediturum, è merce stipem facit, eamq; in obuios pauperes effundit. Patri æs reposcenti artificium suum aperit; panes apud Christum in scœnore positos & quidẽ centuplicato. eam in rem se syngrapham accepisse. Pater nulli rei præterquã oculis suis crediturus, puerilis fidei experimentum in horreis quæsiuit: & ecce tibi quæ pridie vacuefecerat, importatum diuinitus frumentum ægrè ceperunt. Eadem facilitate cellas repleuit. aridum vitis surculum & pridem exsuccum humi depansit, neque vitam illi modo & germinandi vim, sed perpetui etiam gloriam miraculi contulit. Vnus enim ille palines, quo die anniuersaria TYCHONIS memoria peragitur, sub initiũ rei diuinæ liuentes vvas ostentabat, quæ ante sacrificium finitum ad maturitatem percoquerentur, præcocem suo satori vindemiam præbituræ. Quid ad hæc auari? In schola Plur-ti negant recepta esse Paradoxa Christi,

Ex Menais.

Pulchra ut Luna



Novi quod
Sis pulchra
Sara Rebecca
erat decora

S. QUIRICVS ET IULITTA MM.

Non solum effusio sanguinis in confessione
reputatur, sed deuotæ quoque mentis seruitus
immaculata quotidianum Martyrium est; Illa
corona de rosis & violis plectitur, ista de lilijs.
S. Hieron. in Epitaph. Paula.

Vita immaculata.

Pro degenerantibus à Parentum virtute.

XVI. I V N I T.

Datur optio; Exempla Christianæ fortitudinis à trienni puero, an fœmina malis petere: huius sexus, illius ætas conuitium facient ignauitæ tuæ, si detrectas vel desperas sequi hos duces; & audies sanè quod olim Augustinus *An non potes quod Iste & Ista?* Exercebat. Tarſi quæſtionem de Christianis Alexander. **IULIATA** **Q**UIRICVM filiolum vltro ad tribunal nõ duxit ſed tulit, puto ne vnicũ Abraham in hanc rem facinus oſtendi generi humano poſſet. Alexander in diſparem prædam non eodem affectu graſſatus, matrem atrociffimè, filium blandiffimè excepit, haud ſcias in Leonina an Vulpina pelle nequior: Certè **Q**UIRICVS illius receptus ſinu, appetitus oſculis, inſcatus promiſſis nullũ neq; plorandi neq; quiritandi finem fecit; cum **IULIATA** contra pendens in equuleo & taureis cõſciſſa gemitum nullũ ederet, vt propria amborum confeſſione conſtaret, vtrius conditio eſſet iniquior. Conſumptis lacrymis, imbellia etiam arma expediuit triennis heros, & nuper natos dentes tenerõsque vngues ſtrinxit in adulatorẽ ſuum, luſtando effecturus, ne mitior in ſe, quàm in matrem eſſet: Et potitus eſt voto ſuo; Alexander ad tribunalis gradus victori animam eliſit. Quid mater? nunquam latiore vultu ſuum pignus aſpexit, idẽmq; beneficium poſcẽt, vt quàm citiffimè eum aſſequeretur: Impetrauit: laniata vngulis; perſuſa pice cervicem ſecuri ſubdidit: ſed quantumcunq; properaret, filius cælum ſubeunti iam coronatus

occurrit. *Ex SURS.*



Putásne Filium Dei reputat IESVM; quisquis
 ille est homo, qui ipse nec terretur commina-
 tionibus, nec attrahitur promissionibus, nec
 præceptis obtemperat; nec consilijs acquiescit.
S. Bern. in Serm.

Consideratio dâminorum Peccati.

Pro abutentibus Dei Misericordia.

XVI. I V N I I.

Nulla pulchrior Virginitate est virtus, quæ
 DEVM etiam hominis facit rivalem. Am-
 bierant LVDGARDIS thalamum com-
 plures nec ignobiles terræ filij, & ex his familia-
 riùs vni fortè loquebatur, cum ei sanctior Spon-
 sus CHRISTVS pectus suū & in pectore Cor sau-
 cium ostendit & extra hoc nihil deinceps iussit
 quærere. Inde videlicet humana omnia vsque
 adeo illi iam vilescere, vt præter Crucifixi nullos
 amores sciret, præsertim vbi ab eiusdem vulne-
 ris nectare ebria tota iam ibi habitabat, vbi san-
 ctior amor degit. Deposuerat DEI MATER apud
 LVDGARDEM querelas suas, quibus Filium ab
 Albigenisibus hæreticis iterum in crucem agi
 dolebat. Hic vt luctum Virgo suum testaretur,
 VII. annorum sibi ieiunium indixit, alterumque
 æquè longum pro peccantium salute adiecit &
 subinde SPONSVM irato PATRI vidit supplicem,
 & vulnera velut clypeum pro orbe perituro
 obijcientem. Martyrij desiderio tam bulliebat
 in amante sanguis, vt arteriam aliquando ruperit,
 cælumque idem præmium, quod Martyribus
 sponderit. Sacrum epulum adire inter Ange-
 los non semel, quandoque etiam inter MARIAE
 & D. Ioannis comitatum visa est. Ante obitum
 oculis orbata nunquam tamen magis cælestia,
 quàm cum vidit. Morienti enim cum MATRE
 & alijs Cælitibus obuius SPONSVS venit: quibus
 ducibus in cælos abiens errare etiam cæca

NON potuit. Ex Surio &

Lipetoo.



Heu cur erubescis confiteri, quod facere nequaquam erubuisti? Melius est coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die iudicii coram tot millibus hominum graui repulsa denotatum tabescere. *S. Aug de Visit. Infirm.*

Integra Confessio.

Pro Confitentibus.

RAINERIVS Pifanus cupiditatem æftu ab-
reptus ad infames Adolefcentiæ fcopu-
los naufragium Innocentiæ fecit: enata-
uit tamen arreptâ pœnitentiæ tabulâ & Sacer-
doti expiandum fe ftitit. Sed obftitit noxi⁹ pu-
dor, ne omnia probra detegeret: donec Angeli
voce fidentiū increpantis animatus bonâ fide fe
reum peregit. Iudex confeflo mulctam nullam
impofuit profeflus eius arbitriū cæleſte ſibi nu-
men referuaſſe: ex eo tempore cùm finē flendi
nullū faceret, oculi cū lacrymis extillarunt, tan-
to parentis dolore, vt vitâ abrupturus ſibi fue-
rit, niſi Deus precanti lumen reddidiſſet. Publi-
cus deinde pœnitentiæ præco factus, reuerſusq;
Hierofolymis inuſitatâ in paternis ædibus Me-
phitin eſt odoratus. Cauſam indaganti, ita olere
opes, Chriſtus reſpondit, cæterûmque luxûs ap-
paratû. Ergo ijs quoq; abdicatis, Hierofolymita-
num iter rudi ſago indutus repetijt, ad duriffi-
mas leges vitâ omné exigens, maximè poſtquâ
ſobriè cum viro ſacrato prædentis linguâ ve-
ſpa aculeo fodit, velut téperantiæ vindex. poſt-
hac enim ad panem & aquam obſonium nullū
adhibuit. condimenta tamen cælo petebat, ſæpe
Chriſtum cum matre habere conuiuas ſolijus,
quod prodigijs omnibus, quæ plurima patra-
uit, illuſtrius fuit. hoc illum contubernium
ſanctum fecit, miracula probarunt. Mortem
A. MCLXI. obiit. Nos eius virtutes tace-
remus, ſi ſua olim ſcelera tacuiſſet.

ſet. Ex Phil. Eccl.



Uberiorem fructum præbet audientibus San-
 &torum vita, quàm miracula. Illa exigit imita-
 tionem; ista ingerunt admirationem: miracu-
 la docent quàm Sancti fuerunt; vita verò insi-
 nuat, qualiter & nunc homines fieri valeant
 Sancti. *S. Pet. Dam l. 1. ep. 19.*

Pia San&torum Amulatio,

Pro Seruis & Meroemarsis

Ostendi utique AVIRVM Deus Mundo voluit, cui tantam nascenti lucem circumfudit, quantam humani oculi ægrè paterentur. Ipse tamen latebras quæ fuit Mictianensi Monasterio abditus, magni nominis famam adeo non affectans, ut nullo se libentius quàm Bruti vocabulo compellari audiret. præter spem votúmque ad honoratiora munia productus fugam iteratò inijt, & inter nemorum aulia mapale molitus sibi Deoque vixit. Sed illum nocte intempesta cælesti radiantem luce subulcus reperit, nullo magno viri incommodo, nisi in eam vsque diem elingui & muto signo crucis loquendi facultatem dedisset: quid enim ille prolixius postea, quam sui medici laudes loqueretur? Eius præconio proditus terram fugam parabat, nisi Præsulum auctoritate motus boni publici rationem priuatis commodis potiorem habuisset. Ex intervallo ecco lumen, mortuo vitam reddidit, quibus rebus adeo populorum aduersus eum accensa studia sunt, ut Aurelianenses Dunensésque mortui exuuijs inhiantes propè ad arma venerint. iam castra castris opposita stabant, concursimque fuisset, ni Leusus quispiam summo genere vir furentes monuisset, ne crudeli pietate Diuum offenderent: Utinam pari studio pro virtutibus certaretur, quas in medio positas nulli invidet nobilissimas sine dubio omnium Reliquiarum. *Ex Str.*

Tu honorificencia populi nostri

MBA



S. LEONTIUS M.

Quem bene viuere omniáque ad Dei cultum
referre intelliges, et si semper in carcere vixerit,
vel pauper sepulchro reuulsus combustusque
fuerit, si tractim perdendum corpus præbue-
rit, nihilominus hunc beare, hunc felicem di-
cere, hunc ad sidera tollere memineris. S. Chrys.
Ser. de Virt. & Vit.

Æquanimitas.

Pro persecutionem patientibus.

V Espasiani reo, LEONTIVS militiæ artibus
 clarus Christianæ pietatis pœnas dedit,
 Arcadio mite Cæsaris ingenium in vir-
 tutum excidium incitante. Datur Hypatio ne-
 gotium hominis comprehendendi; is in pro-
 cinctu febre corripitur; qua se non ante leuan-
 dum, Angelo docente, intelligit, quàm Deum
 Leontij supplex inclamasset. Dictum, factum:
 etsi ne sic quidam crudele ministeriũ deseruit;
 sed cum Theodulo Tripolim LEONTIO immi-
 nens abiit. Enimvero non refugit captatores
 nobilis præda; quin imo domum deducis co-
 mitérque acceptis vltro sese aperuit, sed iam at-
 tonitus inaudita humanitate & imperij oblitus.
 Tum demum Hypatius suspicere LEONTII Deũ,
 qui suis cultoribus hos mores, talem indolem
 daret; Eundem Theodulus deprecare, vnaq;e
 poscere tam sancto vtrumque Numini initia-
 ret. Favit cælum votis, & roseida nubes in im-
 brem soluta capitib⁹ superfunditur. LEONTIVS
 tinctos Deo consecrat. Adrianus re intellecta
 furere, & nihil profecturis scuitiæ artibus ten-
 care veterani pariter & tyronum constantiam;
 & hi quidem post equuleum, vacuum, & verbe-
 ra capite inminuti sunt. LEONTIVS longa pa-
 tientia præsidis ingenium lassavit, & totum
 sacrificiæ apparatus exhaustit; donec pen-
 denti continua verberatione anima exorta est.
 Utinam, quemadmodum Themistocli trophæa
 Miltiadis, ita nobis LEONTII triumphus
 somnum excuteret! *Ex*



Tolle Crucem tuam & sequere Iesum & ibis
in vitam æternam: præcessit ille baiulans sibi
Crucem, & mortuus est pro te in Cruce; ut &
tu tuam portes Crucem, & mori affectes in
Cruce. *Thom. de Kemp l. 2 c. ult.*

Patentia in aduersis.

Pro inimicis Crucis.

XVIII. I V N I I.

INter Deum & OSANNAM Mantuanam continuum certamen amoris fuit. data utrinque acceptaque pignora, quibus neque Deus charius quidquam, nec pretiosius mortales habent. Virgo illibatam pudicitiae florem Deo sacrauit: ille vicissim Arborem suae Crucis orantis humeris imposuit ex vero deinceps dicitur AMOR MEVS PONDVS MEVM. Omnes certe Osannae cogitationes eò ferebatur: ijs maximè diebus, quos amor eius in Cruce pendens fecit sanctiores: cui tamen satis non fuit animo sauciam aspiciere, nisi corpori etiam stigmata infingeret, non nisi paucissimis & in omnia familiaria iura receptis, ut resseram amicitiae, concessa. His ditata characteribus satis utique literata fuit, potuitque in hac sancti Amoris scriptura acquiescere. Accessit tamen auctarium & sub Deiparae disciplina nostrum etiam Alphabetum didicit: ut his quoque humanae ruditatis Elementis proficeret ad Magisterium virtutis: neque enim quemquam postea puduit tot caelestis sapientiae insignia circumferentem, prospicientem futura, familiarem Angelis consulere, aut audire monentem. Viri Principes agendas illi suas apud superos causas derulere, certa spe Victoriae, si patrocinium suscepisset. Et hoc tantum orbis miraculum anno M DV. terras deseruit, ne quisquam possit, nullam nostro aeuo magnam virtutem gigni. Quid vis? an vlli Deus invidet suam Crucem? sed nos delicati humeros subducimus, *Ex Phil. Fer.*



Vniuersi Christiani agnoscant se regij generis, & sacerdotalis officij consortes. quid enim tam regium, quàm subditum Deo animum corporis sui esse rectorem? quid tam sacerdotale, quàm vouere Domino conscientiam puram, & pietatis hostias de altari cordis offerre? *S. Leo s. 3. in ann. A. s. s. u. s.*

Puritas Cordis.
Pro Ecclesia Catholica,

FVIT BONIFACIVS Ottoni Imp. sanguine, plū
amicitia iunctus, quæ quidem tanta inte
illos erat, vt cū familiariter illū hīc com
pellaret, animam suam identidem diceret. Li
beralibus artibus omnibus Musicis præcipu
instructus, dū modulos in æde cognominis sib
D. BONIFACII instruit, cœlesti Numine repente
afflatus, *heus!* exclamat, *quid vanam ego Nomī
nis umbram gero, quid Martyris titulum circum
fero, si non victorias etiā & palmas? Superos te
stor & cognominem Diuū, aut non dicar BONI
FACIVS, aut ero.* simul ad monasterium abiit
Martyrij tyrocinia positurus. Auelli Ottoni a
animam suā vidisses. At ille bis tantum in septi
mana cibum capiens crebrò interim corpus in
vepres abiciens ad Martyrū patientiam se du
rabat. Post Romā profectus & Archiepiscopa
tus honore maectatus, & iam ad purpuram aspi
rare ausus in Russiam abiit. Ibi post multa lu
dibria rex cum Diuo ita paciscitur. Si rogos ge
minos, qui iuncti flāmas sociarent, illæsus per
ambulare, tum sese etiam in Christianorū sen
tentiam pedibus ambulaturum. Dictū, factū,
BONIFACIVS per rogam, rex ad partes Ca
tholicorum transit. Ad regis porrò exemplum
inaumeram multitudinem confluxit. Mox sua labo
rem præmia secuta. **BONIFACIVS** à Germa
no Regis capite truncatus nomini denique suo
satisfecit. *Ex Pet. Damiano ap. SHT. in
vita S. Romualdi.*



Mors non miseratur inopiam, non diuitias
 ceueretur, non generi cuiuslibet, non moribus,
 non ipsi denique pareat ætati: nisi quod seni-
 bus in ianuis, adolescentibus in insidijs est. S.
Bernol de Pers. suslin c. 4.

Quotidiana Mortis memoria.

Pro differentibus emendationem Vitæ

Spectator fortè ROMVALDVS adfuit, cùm
 parens duello Germanum suum susculit.
 Itaq; cum animo suo putans censuit, quod
 pater manu, hoc se oculis parricidiũ perpetrasset.
 Quare ad noxam expiandam concedere ad
 aliquod tempus in cœnobium statuit. Sed familiaritate
 cœnobitæ nescio cuius & aspectu e
 cœlo semel iterũq; ad se venientis D. Apollinaris
 captus, pedem, ne sæpius offenderet, nunquam
 iã referre in mundũ statuit. Quare fundamenta
 ordinis illius iecit, quem hodie Camaldulensem
 dicimus; qui quidẽ in quantum breui fastigium
 assurrecturus esset, scalz indicarunt ROMVALDO
 per quietem visæ, in quibus suos pulchro ordine
 ad cœlum vidit conniti. Neq; dubitarunt nobilissimi
 quiq; proceres ex aula Ott. III. Imp. hac viã cœlũ
 petere. Ipse Imp. Romã abiturus post reditum
 iisdem accessurũ se spondit. Sed ROMVALDVS
 illa subiicit: *Sĩ Romam videbis, Ravennã
 ultimũm vidisti.* Nec fetellit. redcuntem mors
 ex itinere insidijs suis excepit, documento
 futurũ ijs, qui cùm Mundo exire laborant,
 iter tamen differunt, aut viarum ambages
 quærunt, cùm compendia haberent. Ad Cæsare
 quoque Henricũ cùm venisset ROMVALDVS,
 velut ad prædã accurrit aula, vestemq;
 eius pelliceã diripiens, ostendit quãti viri
 faceret, e cui⁹ veste vnicũ pilũ tantũ fecit.
 Henric⁹ ipse in eã vocẽ erumpere auditus est.
Quis anima hac mea domiciliũ tuũ haberet corp⁹!
 Audi Orbis. Cæsaris Anima non credidit
 augustius se posse habitare, quã in religiosi
 hominis corpusculo. *Ex Brev. Rom. & Sar.*



S. IULIANA VIRGO.

Scit quicumque sensum Christi habet, quantum pietati Christianæ expediat, quantum Dei servum & servum Redemptionis Christi deceat, vnâ saltem aliquâ diei horâ Passionis & Redemptionis ipsius recolere beneficia. *S. Bern. l. de Vit. soliz.*

Memoria Passionis Dominicæ,

Pro Indeuotis.

Nimirum etiam hæc rosa Florentiæ debebatur, vbi Ordo Seruorum VIRGINIS floret; O aulæ mancipia, quid ad hæc VIRGINIS seruitia vos? eia discite saltem honestam seruitutē seruire, neque Virgine erubescite Magistram in ea arte habere, qui Palladem MARIAM salutatis. Fuit IULIANA è nobili familia (Falconeriam dixere) sed in seruitiū MARIÆ à teneris abducta. Hebdomas illi sic agebatur, vt feria IV. itemque VI. ob Christi patientis memoriam nihil omnino cibi; sabbato panem tantum & fontanam admitteret. Interea tamen animum cælesti pane pascebat, pincernis oculis meras lacrimas affundentibus; Christi tormenta quàm altè animo infixæ gestarit, mors probauit, quæ in aduerso pectore manifestam Seruatoris à cruce pendentis imaginem ostendit, vtique illi similem, quam vidisses, si cor inspexisses. Cæterum multis ieiunijs exhausta stomachi dolores contraxit ingentes, & vltimæ ciborum nauseam. Et verò terrena, vt quæ nunquam illi sapiebant, facilè neglexit; at Diuinum Cibum cum sic egra non posset accipere, fame scilicet credebatur ante mortem moritura. Voluit tamen in conspectum afferri Angelorum ferculum, saltem vt oculos famelica pasceret. Nec contenta iussit pectori applicari. Tum denique inter risum blandum expirauit, & vt scires saturam abijisse à mensa sacra, nihil ex epulo sacro reliquum esse visum

est. Ex Ferrar.



S. MICHELINA

Sic propinquos sicut nosmetipsos odio habere præcipimur ; vt hos ad æterna rapientes, eorúmque carnalem gratiam, cum præpedit, postponentes, discamus, temperata eos discretionis arte, & conuenienter diligere, & salubriter odio habere, *S. Greg. 7. Mor. c. 14.*

Discreta erga consanguineos charitas.
Pro offendentibus Deum amore hominum;

Laborabat MICHELINA Pisauréus eodem, quo matres pleræque, morbo, impotenti erga vnicam prole affectu: ei medicinam facere Syriana pijsfima femina cum vellet, totumque contubernalis amorem Creatori affigere, diu frustra fuit: donec inter preces MICHELINA immutata animo ausa est cum Deo pacisci, si filij curam in se recepisset, nihil in humanis sibi tanti fore, quo vel ad momentum temporis ab eius seruitio auocaretur. Acceptavit conditionem Christus, eique de Cruce pollicitus est, obicem pietatis illius sese amoturum. Regressa domum Filium exanimem reperit; cum quo simul ac superuacuas curas tumulauit, opes quoque & cætera malorum irritamenta sine gemitu abdicauit, omnia vicissim sancti amoris insignia assumpsit: vestem setis horridam cinctu ferreo corpori astrinxit, flagro ferreo concisum corpus nuda humus exceptit; puluilli vicem truacus fuit: stipe ferè vixit aut mercedulis sui laboris. quo quisque à morbis deformior fuit, eo impensius MICHELINAE charitate subleuabatur: satisque constat exesum Elephantiasis eius osculis persanatum, quibus singula ægri vlcera libauerat. Ad cælum A. M. CCC. LVI. abiit Flagrum eius, Cilicium, zonæque ferrea in Virginis Salutæ templo asseruantur, sacre militiæ tyronibus monstranda. His armis cælum expugnauit foemina. Sperabitis molliora

viri? *Ex Chron. Mi.*

nor.

Hoc est Semien cui Beneficus Dominus



S. NOVATUS. PRESBYTER.

Voca Deum Patrem, & da operam, quatenus tibi sit cælestis vita, diuini mores, & forma Deitatis tota tua præferatur in forma; quia cælestis Pater respondentes generi suo filios muneribus dicit diuinis; degenerantes ad poenalem seuocat seruitutem. *S. Chrysol. f. 71.*

Studium operum Misericordiæ

Pro recta liberorum institutione

Non iam Priamum aut Nioben Græcus
 Parnassus cantet in funera sua fœcun-
 dos. At nos PVDENTI Senatorij ordinis
 Romæ viro NOVATVM & TIMOTHEVM filios ge-
 minos, totidemq; filias PVDENTIANAM & PRA-
 XIDEM gratulamur, omnes cum ipso patre cælo
 insertos. Et felicitatem hanc tam sanctâ familia
 Ducibus Apostolorum DD. Petro & Paulo de-
 bet, qui post hospitij tesseram PVDENTEM sacris
 vndis admouerunt, & uti animum, ita animi so-
 cium corpus candidâ veste induerunt. Et ser-
 uavit ille vtramque ab omni labe eximiâ, ædes-
 que suas commune miseris hospitium fecit. De
 mortui virtutes hereditario iure sibi debitas Li-
 beri certatim inuolarunt, quamuis viuente &
 arridente patre idem iam fecerât. Ædes in tem-
 plum versæ; patrimonium in pauperes dilapi-
 datum; tota familia (capita numerabat XCVI.)
 omnis sacro fœte lustrata; latebræ afflictis Chri-
 stianis datæ; firmati nutâtes; roborati moriêtes;
 mortui terrâ tumulati. Sacra à NOVATO & Ti-
 MOTHEO fratre omnibus ministrata. Denique
 non iam in templum tantùm sed cælum mi-
 grassse domum tam sanctam dixisses. Certè cælo
 digna ab ipso cælo iudicata est nobilissima hæc
 familia; in quam vtinam more veteri tran-
 sire ignobiles nos terræ filij ali-
 quando possimus.

Ex Ferrari

Huc exhortare; in his esto.

MRA



S. HEMMINGVS EP.

Deus te, qui caelestem tibi Patrem vocas, ad caelestem vult tendere naturam, vt generi tanto vita respondeat; ne terreni mores degenerent, quos caelestis donauit & contulit natura. *S. Petrus Chrysol s. 69.*

Studium perfectionis Christianae.

Pro Regnis septentrionalibus.

X X I. I V N I I.

IN HEMMINGO Aboënsi Pont. à primis annis iam ex morum geminæ emicuerunt, quæ infulæ olim maiestatem decerent; ita iam tum in puero nihil puerile præter ætatem erat. A ludis omnibus alienus tot^o studijs serijs iam tunc occupabatur, & in his ipsis vnus DEI gloriam quærebat, semper in cælum collimans vnicum scopum suum, sed Christiano homini, vt non aberret, satis magnum. Et talis ille etiam durauit, postquam Collegio Canonico adscript^o fuit, nisi quod tunc, vt alij nummorum, ille virtutum potius censum augeret. Dignum ergo tunc Superi iudicarunt, cui D. Brigittæ ortum non sine miraculo nuntiarent. Visa enim est precanti HEMMINGO puella è nube lucida librû apertum orbi porrigere, & vox ad aures eiusce modi allapsa: *Nata est Birgero filia, cuius admirabili voce vniversus mundus personabit.* Sed & ipse HEMMINGVS pro concione saxa mollire & ad DEVM feros animos voce sua trahere, & iam Regibus etiam ac Pontificibus reprehensione aures vellicare; omnes interea orationes incipere à VIRGINIS laudibus & suis scilicet finire. Temporis auarus ad verba otiosa murus adfuit, ad epulas verò Tantalus: Pro oculorum portis excubabat, ne has vlla fœmina visa subiret, erant quæ tam sanctis vigilijs tessera illa verba è sacris nostris: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Inter preces sæpè aliò, moriens denique inter easdem in cælum est abreptus.

Ex vite Aquit. Vastonijs.



Perſuaſum habe, perinde te Angeli ductum ſequi oportere, atque cæcum quempiam, qui viarum discrimina ignorans, eius, qui baculo greſſum illius regit, providentiæ in omnibus confidit. *Ex dictis B. Aloyſij.*

Deuotio erga SS. Angelos.

Pro Candidatis Religioſorum Ordinum.

MORITURUS ALOYSIUS nascendo erat, & non parienti Matri Mater MARIA affuisset. Inter prima eius verba IESVS & MARIA feruntur, boni ominis. Puerul^{us} etiam nū in singulis scalarū gradibus scalam cæli MARIAM salutavit. Huius horas quotidie, Sabbatho etiā ieiunus dixit. Ad huius effigiem, quam Florentia ANNUNTIATAE Titulo colit, florem virginittatis consecrauit, semper, dum vixit, intactum, quia HORTO CONCEVSO commiserat. Interim eatenas flagelli, calcaria cilicij loco quamvis currenti sponte corpusculo admouebat, victus vix vnciam appendebat, fœminarum & chorrearum hostis, Imperatricem, quam tres annos quotidie adibat, nunquam aspexit, precibus tam vbiq; addictus, vt loqui eum angulis dicerent, rectius Angelis dicturi. Aiebat frequenter: *Non videre se cur non mortales omnes religioni se manciparent.* Et certè Senis cum ad Sodales Mariae nos diceret, bene multis id persuasit. Ipse, cum ASSUMPTAE VIRGINIS die illa è cælo audisset Societatem IESV ingredi, post longas cum Patri pugnas, MARIAE IESVM iunxit. Hunc, quoties studeret, in genua pronolutus vocare; Hunc sub panis velo latitantem ante & post ludum literarium salutare; sacrificijs quibus senisue Minister assistere, ad conspectum HOSTIAE lacrimis manare; cum verò eo epulo frueretur, inundare etiam. itaq; nullius noxæ grauioris sibi conscius Angeli nomen meruit; vt terra cælum dici possit, si plures Aloysios haberet. *Ex Virg. Cepario*

Qui me in uenerit
inueniet uitam

MBA



MBA

MBA

MBA

MBA

SS. ACHATIVS ET SOC. MM.

Signum Crucis erit in caelo, cum Dominus ad
iudicandum uenerit: Tunc omnes serui Crucis,
qui se Crucifixo conformauerunt in uita, acce-
dent ad Christum iudicem cum magna fiducia.
Quid igitur times tollere Crucem, per quam
ur ad regnum? Thom. de Kemp. l. 2. c. v. lt.
Conformatio sui cum Christo.

Pro exercitu Catholicorum contra Impios.

Quod illud cælo spectaculum fuit, cum
 dena hominum millia, pro optima cau-
 sa & amplificando Crucifixi nomine,
 Crucibus penderent? Dux felicissimæ multitu-
 dinis ACACIVS fuit, cui contra innumerabilem
 hostium vim pugnaturus Angelus victoriã spon-
 dit, si Christiana sacra, à quibus alienustura
 erat, cum socijs suscepisset. Placita conditio est,
 Christum adoravit, pugnavit, vicit: utque Deum
 deinceps ritè coleret, cum victore exercitu in
 Ararathem montem secessit, ubi Angelis magi-
 stris omnes Deum amandi rationes felicissimi-
 tironibus sunt infusæ. Quantum profecissent
 patiendo, quod nobilissimum Christianæ scholæ
 experimentum est, demonstrarunt. Quinque in
 eos reges armati sunt; qui cum procellam lapi-
 dum primum effunderent, ij Christi Athleta
 non ausi contingere, in funditores rediere. Fla-
 gris cum scærentur, terra immanitatem non
 tulit totaque intremuit. quo miraculo permo-
 tus Theodorus cum millenaria cohorte Marty-
 ribus accessit. in præacutas sudes muricésque
 impulsâ, viam complanantib. Angelis, nihil cla-
 dis acceperunt. Eo denique veatum, ut qua
 Christus tormenta tulit, in ijs repeterentur. E-
 go spinis redimiti ac tunc in crucem per ingen-
 tis montis spacium pependere optimi maximique
 testes iniuriam Crucis fieri, cum mala res & in-
 felix Arbor vocatur: periissent, nisi pepen-
 didissent. *Ex Lipel. & Mart. Rom.*



Nihl tam diuinum Homo habet, quàm de
 alijs bene mereri tametsi ille maiora, hic mino-
 ra beneficia conferat; vterque nimirum pro suis
 viribus. Fac, calamitosis Deus, Dei misericor-
 diam imitando. *S. Greg. Naz. de amore Pauper.*

Charitas proximi.

Pro captiuis apud infideles.

NONAM artem PAVLINVS docuit; etiam
 cum nihil est, egenis tamen aliquid dare.
 Cum enim in amplissima natus familia
 atque ditissima, quam vocem CHRISTI Adole-
 scens Evangelicus non audiit, hic audisset, & in
 pauperes omnes opes erogasset, Antistes deim
 Nolanus etiam, cum VVandalorum incursoni-
 bus Italia infestaretur, omnes redditus captiuis in
 libertatem asserendis contulisset, iamque nihil
 suppetere videretur, vnde vnam spem viduæ Fi-
 lium redimeret; ingeniosus se ipsum seruum fœ-
 minæ addixit, quæ abductum in Africam cum
 filio scilicet permutauit. Ibi Regis socerum, cui^o
 hortos curabat, de morte regis commouit. Hic
 accersitum vbi primum vidit, illum ipsum esse
 exclamauit, quem nuper inter cæli tribunalia
 conspicuum habuisset, quique flagellum, quod
 ad castiganda orbis scelera quondam accepe-
 rat, è manu rapuisset; quare & ipsum & cum eo
 omnes victos Nolanos manu-misit, nauésque
 in donum frumentarias complures addidit.
 Nola igitur ingressus pulchrum de seruitute
 triumphum egit, pluribus eum ciuibus, quàm
 Scipionem pileatis sequentibus. Sed liber ani-
 mus corporis adhuc ergastulo clausus teneba-
 tur. Tandem Anno CCCXXXI. hic etiam vin-
 dicias secundum libertatem à morte accepit.

At tunc Nola, imò Italia iterum captam se
 putauit, libertatis suæ auctore amis-

se, *Ex Dial. S. Greg.*



Quid aliud Purgatorius ignis deuorabit, nisi peccata tua? Quanto amplius tibi ipsi nunc parcis & carnem sequeris, tanto durius postea lues, & maiorem materiam comburendi seruas. In quibus homo peccauit, in illis grauius punietur. *Thom. de Kempf l. 1. c. 24.*

Euitatio peccatorum venialium.

Pro animabus Purgatorij,

EX amplissimo Virtutū MARIAE OSCENI-
 CENSIS viridario flores omnes præter Vir-
 ginitatis Liliū licet carpere. Hoc enim
 illi parentum importunitas invidit, qui inuitata
 nuptijs illigarunt; quarū vix libato vſu, marito
 continentiam perſuaſit, magna Chriſti appro-
 batione, cuius Crucem nunquam ſine lacymis,
 nunquam abſq; ſuo aliorūmve bono adoravit.
 Militem genere quā moribus nobiliorem ſuis
 præceptionibus perductū ad frugem malus dæ-
 mon ad infames naufragijs eius ſcopulos retra-
 xerat. Id Maria lōgè abſens vidit tamen, & Cru-
 cifixi affuſa pedibus precum finem non ante fe-
 cit, quā infelici auultum contubernio, Deo ſi-
 ſteret transfugā. Eandem ſibi apud Deū Patro-
 nam animæ Piaeularibus ardentes flām̄s opta-
 runt, ſupplices nonnunquā ad eam manus ten-
 dere viſæ: & verò quid illi cælum negaret cen-
 ties per diem flexo poplite ſupplicanti, trecentis
 plagis laceranti corpus, atro pane vexanti ve-
 riùs quām extinguenti famem, & fanè non du-
 raturæ inter hæc ſuppli-ia, niſi Angelorum præ-
 ſentia foueretur, & familiarari cum Dei filio vſu,
 qui ſubinde ſua infantia amabilis, aliàs agni auc
 columbæ ſpeciè decorus ei delicias faciebat. Ab
 hoc illi mira in diuinas laudes eloquentia, vires
 aduerſus inferni larvās ſuppeditatæ, quarum
 cū ſe vna morienti ingereret, hoc eius conui-
 tio fugata eſt, *Discede ſanies & turpitudō.* Id qua
 fronte dicent, qui per omnem vitam ſe tam
 cupidè in huius belluæ ſimeto volu-
 tarunt? *Ex Surtio.*



Ioannes sanctus homo missus à Deo, imò
 Angelus Dei innocentissimum illud Corpus sic
 castigat, sic extenuat, sic affligit; vos indui festi-
 natis bysso & purpura & splendide epulari. S.
 Bern. S. de Nat. S. Ioan.

Temperantia.

Pro Gulosis & Ebricis,

IOANNES melioris Solis melior Phosphorus
 ortus sui nuntium Angelum habuit. Ipse in
 Matre iam sanctus, vix natus est, cum mu-
 tum parentem loqui oracula infans fecit. Pa-
 triam domum cum eremo mutavit, & cibum
 locustas ac mel agreste, vestem cameli exuuias
 habuit. Inde anno Tiberij imperantis XV. viam
 CHRISTO mutare exorsus, non tam verbis
 quam vitâ ad pœnitentiam scelerum hortatus
 mortales, animorum lauacro initium dedit,
 quod ipsum Seruator sanctius tactu suo reddi-
 dit. Hunc ille itaque mundo Agnum ostentare,
 ad hunc è scholâ suâ Discipulos rediùs erudien-
 dos amittere, & iam indignum se putare ad
 cuius vel vltimum seruitium descenderet. Sed
 nimitum se ipso maior Sacris etiâ vatibus om-
 nibus prælatus, & secundus à CHRISTO ab ipso
 met CHRISTO est proclamatus. Et tamen tam
 charum cælo caput Herodes saltatriculæ filiæ
 pedibus donavit, & crudelibus oculis pascendis
 mensæ etiam inferri voluit. Itaque tunc, si vr-
 quam aliàs, lautè cœnauit gula. Quæ enim
 mensa tam nobile caput habuit?

Ex Hist. Evang.



Dole, quia Creatorem offendisti, cuius leges
 celestia & terrestria, præter te, indefessa statione
 conseruant; & in tanta Republica Dei tu so-
 lus peregrinus es, & Imperatoriz Maiestatis de-
 creta non seruas. *S. Petr. Dam. S. de S. And.*

Emendatio Vitæ.

Pro Regno Bohemiz.

Minus multi à cælo aberrarent, si Ducem bonum Angelum suum sequerentur. Secutus hunc præeuntem IVAN Regis Dalmatiæ F., ne salutatis quidem parentibus, anno LVII. supra DCCC. in Bohemiæ Silvas venit, & in his speluncam patriæ aulæ antehabuit. Cùm vero locum eum infestum à malis dæmonibus deserere pararet, obuius CHRISTI Prodromus Ioannes cedenti animos addidit & cruce datâ armavit. Hęc itaque signa vbi iterum in hostem vertit, victoriam illi eripuit, & quia maternas delicias aspernatus erat, nutricem DEVS certam submisit, à cui⁹ lacte, & ambrosia cælo depluente satur facilè ex animo matris vbera deleuit. Ceterùm in pias latebras tandem Boriuus Bohemorum Dux deuenit, ducem ceruam, quam diximus, secutus, telo traiecit. Multùm igitur lætus tam felici venatione, hortatu Ludmillæ coniugis lectissimæ Matronæ, Tetinam arcem suam abduxit IVANEM, Sed hic exosus aulas non multo post in spelæum suum iterum concessit, vbi posteaquam annos II. & XL. egit, tandem subens aliquando exiuit ad aulam, sed cælestem illam, & in qua nulli magis, quàm siluicolarum istiusmodi mores probantur.

Ex Nicolao Salio.



Non est periculum quantumcunque te hu-
 milies, est autem grande periculum, si vel mo-
 dicè plus vero te extollas; si vel vni te præferas,
 quem forte parem tibi veritas indicat, aut eti-
 am superiorem. Quapropter noli te compara-
 re maioribus, noli minoribus, noli aliquibus,
 noli vni. *S. Bern s. 37. in Cant.*

Benefolentia erga tenuiores.

Pro Aulicis.

GALLICANI Victorias de Persis Scythisque
 relatas admirandi, illā, qua seipsū triu-
 phauit, imitandi ius esto. Eo gloriæ vene-
 rat, vt Constantiæ coniugiū præmium militiæ
 poscenti Constantinus pater negare nihil sit
 ausus, modò Scythas Romanis finibus eiecisset.
 In eo dū est, milites panico perculsi metu ma-
 gnā partē dilapsi infrequentia signa relique-
 re. Anxio ea re Gallicano Ioannes & Paulus Cō-
 stantiæ familiares voti Deo nuncupandi consi-
 liū suggessere. Obtemperantē cælestis strategus
 Crucem præferens, eo fretum signo, cinctūq;
 quos ipsi adduxisset, stipatoribus, sequi se è ve-
 stigio iussit. Ita per attonitos hostes ad ipsam
 Scytharum regē penetrauit, Neq; ille ausus hi-
 scere aduersus tantam vim, vitā pactus se suāq;
 Gallicano permisit. Inde illi veri Numinis ad-
 miratio, eiusq; rite colendi ardor iniectus. Ro-
 mam deportato exercitu, abdicata cōiugij spe,
 rebūq; humanis valere iussis, seipsum Christi-
 anæ modestiæ finibus circumscripsit. Ille orbis
 terror, & secundus à Constantino Dux, Pater
 pauperum, Peregrinorū hospes factus pedū sor-
 des abluere, ægrorum lectulos steruere, inferre
 conuiuantibus cibos, obstupescente orbe terra-
 rum, visus est. Julianus denique pestis pietatis
 hanc tantā virtutem proscripsit & gladio ad-
 dixit. Decuit nimirum vt toties victor cælum
 Laureatus ingrederetur, Triumphalem cur-
 cum manibus pauperum trahenti-
 bus. *Ex Suetio.*



Dilectio fraterna omnibus desiderijs anspicienda est, quæ tot bona potest habere, quorum præmia: custodienda præ omnibus Virtutibus pax est, quoniam Deus semper in Pace est. Locum non demus inimico, ne inter mella venena felle amariora confundat. S.P. Chrysol. f. 53;

**Charitas fraterna.
Pro Pace vniuersali**

VIGILIVM Pōtificem Tridento Roma sub-
 misit annos non nisi XX. natum, sed iam
 tunc, si virtutes numerasses, grandæum.
 Ergo ab hæresi urbem, à superstitione deinde o-
 mnem latè viciniam purgavit. Eadem operâ
 morbos dæmonésque hospites è corporibus
 proscripsit, fana diruit Deorum, & in solo Ve-
 nonensium & Brixienfium agro templâ Deo ex-
 truxit triginta. Felicem sectiam credidit, cum
 hospes hospitem D. Remedium excepit; Sed ma-
 gis oculos recrearunt homines mille & ampli-
 us, quos omnes à fide aberrantes in viam re-
 duxit Remedius & ad VIGILIVM adduxit. Cæ-
 terum cæpta inter eos familiaritas semper de-
 inde duravit; & ad morientem in solitudine
 Remedium accurrit VIGILIVS, ære campano ex
 pacto suapte sponte monēte. iustis deinde per-
 solutis cum ediculam Remedij in templum vel-
 let consecrare, præueniri se ab Angelis per qui-
 etem lubens volens vidit. Porro ad Aunaniz
 etiam pōpulos Legatos misit suos, quos cum
 impij adorti neci dedissent, ipse in illos mouit,
 debellatâque superstitione vbiq; locorum tro-
 phæum Christo Victori Crucem fixit. Et iam
 reliqua vallis vnica Randena erat. In hac illi
 Superi triumphum decreuere. Nam cum vnus
 vnicus in hostium cuneos irrupisset, & æreum
 Saturnum rectius cælo quàm iupiter pulsurus,
 deiectum fractumque in præterfluentem abie-
 cisset, ipseque iam basi statuę deinceps insisteret
 ad concionem diceret, densissimo lapidum im-
 bre petitus ipsoque triumpho suo est obrutus.

Ex Ferrar. & 10. 3. Batt. S.

MRA



S. LADISLAUS . CONF.

Omnis delectatio huius mundi, vniuersa eius gloria, quidquid denique in eo concupiscitur, prorsus modicum est, in illius beatitudinis comparatione; si tamen vel modicum dici debet, & non potius nihilum, & vapor ad modicum parens. *S. Bern. s. de S. Clem.*

Odium carnalium voluptatum.

Pro Vngaria.

LADISLAVM Belæ primi Regis Vngarorum filium, imò **MARIAE** vides; ita totus ab huius vberibus, dum vixit, pependit, sed neq; mortuus, vt audies, dimisit. Cæterum vix alius regum tot virtutib⁹ aut purpuram ornauit, aut coronam distinxit; vt minus mirer, si legam aulam eius ab Angelis frequentatam esse. Certè ipse ab Angelo germanum suum vidit coronari, sed & Angelum sub cerni schemate ignitis cornibus locum vidit signare, quo promissam **MATRI MAGNAE** ædem conderet. Eorundem Cœlicum ope cum in multis alijs pugnis, tum in duello contra patrum suum Regem Salomonem victor euasit. Etenim cum hic cum vano rem sibi **LADISLAVO** crederet esse, conspexit sub congressum, contra duos præterea Angelos sibi certamen esse, qui gladio iamiam Salomoni graues immincebant. Nolu itaque, et si Hercules sibi ipse videretur, in tot tantòsq; pugnare; sed abiecit arma, pacem eoluit. Toties victor **LADISLAVS** coronam tamen ferre Vngariæ sepe respuit, nobiliorem & imortalem ambiens, quam vt facilius obtineret, facere fortiter pro terra Sancta constituit. In ea proinde expeditione cum Dux lectus esset omnium copiarum, ecce in ipso belli apparatu pulcherrimam morte occubuit. Mortu⁹ porro & currui impositus sine iumentorum hominumq; ope in templum, quod ab eo **VIRGINI** structum memorauimus, non tam vehi quam currere visus est. Obstupuit ad miraculum Orbis. at non ego etiam. Nam cur filium mirer ad Matrem suam decurrere?

Splendor Sanctæ Ecclesiæ

MRA



S. POTAMIANA V. M.

Sanctorum Martyrum esto discipulus: Hi ardentem rogam virtute Dei & fide vicerunt: vince igitur & tu ardentem concupiscentiæ flammam. Cruciatu superarunt, spe, quæ est in Christo, subnixi; tu quoque turpes passiones pudicitiam & cogitatione pietatis superare conde. *S. Ephr. de Laudib. SS. MM.*

Exercitium virtutum.

Pro Magistratibus.

XXVIII. I V N I T.

Felices nos, bona si nostra, si quæstum virtutis & certa pietatis vestigalia noverimus: quantum possimus ditescere! **POTAMIOENNA** Alexandrina virgo formæ causa cum multis confictata procis, & in illo certamine superior, ex Amoris palæstra in scenam crudelitatis transfijt, vt ad pudoris lilia Constantiæ laurum adiungeret. Aquila homo sanguinarius carnificinæ præerat, cuius in **POTAMIOENNAM** omnem atrocitatem effudit, certus fidem illi vel vitam eripere. iactatam per omnia tormenta deniq; ad rogam cum Marcella matre damnauit. Virginis ducendæ cura Basilidi demandata non omnino experti humanitatis, & mitiori ingenio, quàm pro tam barbaris ministerijs. Is ergo insultantem virginai multitudinẽ compescuit, magisq; fidi custodis, quàm licitoris munus expleuit. Hoc tantillum officium ne suo auctori periret, curæ sibi fore, meritura virgo promissit. Neque defuit dicto fides. Triduo à morte exacto ad Basilidem reuifit, eiq; coronam Ciuicam velut Seruatori suo imposuit. ille ex donatiuo beneuolentiam Numinis æstimans statuit integrum stipendium mæereri, & confestim auctoratus Christo, fidem illi abscisso capite probauit. I, diẽ magno constare cælum: quantum dedit Basilides, vt ex Licitore Martyr fieret? *Ex Euseb. Hist. Eccl. lib.*

6. cap. 4.



Pro nobis facit Apostolorum vita, & doctrina, & mors ipsa: Etenim in conuersatione continentiam, in prædicatione sapientiam, in passione sua patientiam nobis contulerant. *S. Bern s. 3. de SS. Apost. Petro & Paulo.*

Constans professio Fidei Apostolicæ.

Pro Ecclesia Catholicæ Augracensiy

Rectius hodie Roma, misso cum Remo Romulo, conditores suos P E T R V M & P A V L V M salutat, quando huic melioris Orbis imperium capite suo pepererunt. Et P E T R V S quidem, qui pro C H R I S T O in terris rem Christianam administravit, quæ ad ignem peccauerat, semper oculorum imbre plectens, cum captus & in vincula datus ab Herode, ab Angelo exemptus esset, morbos passim omnes vel umbrâ suâ fugasset, demum orbem in Urbe adortus C H R I S T I signa primus Romæ intulit. Hic ubi præstigiatorem Simonem in cælos (væ ipse quidem aiebat) volantem humi dedit præcipitem, Neronis furori cedens, C H R I S T V M obuium habuit, qui rogatus quò iret, Romam ire se ad alteram crucem respondit. Implevis vaticinium C H R I S T I continuo P E T R V S; sed væ Magistro honorem cederet, inuerso corpore tolli in crucem voluit, quò capite terris, hoc pedibus cælo iam propior. Iam P A V L V S ille cæli etiam ante fata ciuis ille nominis I E S V per omnem orbem præco post edita miracula & literarum oracula quam plurima, hoc ipso die P E T R O triumphanti collega additus securi percussus est. Caput sanguinis loco primò lac, deinde tergeminos fontes toridem saltibus dedit, oleum interim effusum I E S V nomen clamando immiscens. Agnosceres tam pretiosis liquoribus refertum Electionis Vas esse;

Ex hist: Ecclesiast.

MRA



S. ERENDRVDIS ABBAT.

De terra es, & de terra vivis, & in terram revertēris: Certum est, quia morieris; sed incertum quando, & quomodo, aut vbi: quoniam vbiq; mors te expectat, tu quoque, si sapiens fueris, vbiq; eam expectabis. *S. Bern l. Med. c. 3.*

Præparatio ad mortem,

Pro ægrotis.

ERAT ERENDRVDIS D. Rupertus Noricorum
 Apostoli Neptis, non tam sanguine huius
 quam virtute propinqua. Itaque Magister iam
 in Deo deuotas Virgines iam tunc, cum in Gallia
 adhuc ageret, exercuit. Sed uti Rupertum viro-
 rum, ita ERENDRVDEM mulierum nec minus po-
 tens inuidia cedere e Gallia coegit. Itaque inter
 auxiliares copias, quas Fidei bono in Boicas ter-
 ras induxit Rupertus, etiam hanc numerauit, &
 exadificato ad Iuuuam Deiparæ honori Parthe-
 none, illic collocauit Virginem, matremque aliasque
 Virginum voluit esse. quod officium illa sic im-
 pleuit, ut non harum modo, sed pauperum omnium
 mater audiret, quibus tectum victumque nun-
 quam non præbuit. Pedes etiam eorum lauare,
 vlceraque velut gemas gaudens tractare. Ipsa
 mensæ accumbens non tam corpus cibo, quam
 animam pijs de Deo colloquijs reficiebat, quo ut
 frueretur, dici non potest, quam abire e vita pro-
 perarit. Tumulum eius ingentia miracula coro-
 narunt: Vnum alterumue denario. Monachus
 in hereditate D. ERENDRVDIS inuaserat, ausus
 partem salinarii motis sibi asserere. & occupauit
 ille terram, quam petijt, sed subito fato in ipso lo-
 co & periurio extinctus. Aliam expertus est Henr-
 S. Cæsar, qui morbo tetatus amuletum e collo su-
 spendit anulum aureum reliquijs Virginis (gemmis
 utique grandibus) grauem. Atque hunc cum amisisset
 ille, & ab infesto morbo iterum oppugnaretur,
 presentem iterum medicinam ad tumbam EREN-
 DRVDIS reperit, ut qui se Henrico tunc debebat
 orbis, idem ipsum Henricum ERENDRVDI de-
 bere. Ex 10. 6. lect. ant. Canis.

ERRORES PRIORIS PARTIS.

Numerus Iconibus & Sententijs
subscriptus est.

- IN IANUARIO.** p. 44. ant. med. Magum Paulum l. Magnum.
- IN FEBRUARIO.** p. 4. post medium. Pignum l. Pignus. ibid. sub finem. ætatis l. ætatis. p. 24. post med. Sposam l. Sponsam.
- IN APRILI.** p. 11. in fine Sententiæ, dondu lege Pondus. p. 48. post med. capus lege caput.
- IN MAIO.** p. 14. in fine caumniam l. calumniam.

THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON

From the first settlement of the
English in 1630 to the
present time. By
JOHN WINTHROP, Esq.
of the City of Boston.
Published by
S. KNEELAND, at the
Sign of the Anchor, in
New-Street, in the City of
Boston.

1790.

ADVENTUM

||||

VIV


~~XXXXXXXXXXXXXXXXXX~~

XXXXXXXXXX

88

1690.

Amore lingueo.



Deo Car: si: p: s: in: Rev:

